Puncta omnia ut B et C aliaque infinita in eandem rectam cadere definio, si assignari possunt duo puncta D. E., et punctum quodlibet quod in rectam cadere dicitur ut B, eodem modo situm est ad D, quo ad E, ita ut BD sit ɤ BE. Eodemque modo sit CD ɤ CE.

10 omnia ... infinita *erg.* *L* 10 definio *(1)* qvae ad duo | bina *erg.* | puncta positio *(2)* si in unoqvoqve *(a)* reperiatur *(b)* ut B. reperiatur, ipsum B eodem mod *(3)* si *L*

Sit jam etiam FD ♉ FE. Ergo $FBCD$ ♉ $FBCE$. Punctis omnibus per lineas rigidas connexis immotisque BC. circumagatur D. E quiescet F quia eodem modo ad D quod ad E. Ponatur idem F esse etiam modo ad H quo ad E itemque B. Ergo quiescere F et B, ergo per dicta quiescente FBC. circumagatur H. E situ servato. Ergo H ad C ut E ad C.

1 FBCE *(1)* situ ipsorum BC manente immoto *(2)* punctis *L*

10 (40848). DE PERFECTIONE CHARACTERISTICAE NOVAE [1679 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 48–49. 1 Bog. 2°, aus dem der Zettel LH 35 I 11 Bl. 39 (40843) oben aus Bl. 48 herausgeschnitten wurde. 4 S. halbbrüchig beschrieben. — Gedr.: 1. Echeverría, *La Caractéristique*, Teil 2, Paris 1979, S. 264–272; 2. Echeverría / Parmentier, *La caractéristique*, 1995, S. 246–255 (mit frz. Übers.).

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist von 1678–1682 belegt. [**noch**]

Ut Characteristica nova pro Situ et Motu exprimendo a me excogitata, perficiatur, quaedam sunt distinctius exponenda, nonnulla etiam demonstranda.

Punctum omne alteri cuicunque puncto congruit sive A ♉ B, seu Y ♉ Z.

Ergo omnia puncta congruunt uni eodemque seu Y ♉ A. Quia pro Z id est quocunque puncto substitui potest propositum punctum A.

Puncta duo quaelibet inter se habent situm, seu inter datur via ab uno ad aliud. Hunc puncti A situm ad aliud punctum B, vocabo $A.B$. Idem est ac si dicas duo puncta proposita posse intelligi extrema cujusdam extensi ipsa connectentis.

Hinc patet omnia puncta intelligi posse in uno eodemque extenso quod est extensum illimitatum seu absolutum, nempe spatium, in quo scilicet nihil aliud quam extensio, et proinde aliorum assignabilis in ipso situs intelligi potest, ipsum autem alicubi situm esse intelligi non potest. Punctum vero contra est id in quo non nisi situs intelligi potest, seu punctum est simplicissimum quod in extenso potest intelligi.

Quia igitur omnia totius universi puncta inter se congruunt, et omnia puncta possibilia sunt in spatio illimitato, hinc spatium illimitatum erit locus omnium punctorum dato puncto congruentium, id est locus omnium punctorum absolute, quod speciose exprimendo, esto congruentia Y ♉ A. et locus omnium Y. erit spatium illimitatum.

Diximus propositis duobus punctis esse aliquem inter ipsa situm. Is autem utique est determinatus. Ita enim definio s i t u m ut sit aliqua duorum relatio quoad extensionem

10 omne *(1)* omni *(2)* alteri *L* 16 omnia | totius mundi *gestr.* | puncta *L* 17 f. extensio, *(1)* et aliorum possibilis *(2)* et proinde *L* 19 f. seu | punctum est *erg.* | simplicissimum *L* 24 f. illimitatum *(1)* Sit *(2)* Cum sit situs aliqvis seu via inter duo qvaelibet puncta *(3)* Diximus *L* 25 situm. *(1)* ⟨Cui⟩ *(2)* cumqve determinatum *(3)* Cum vero *(4)* is *L* 26 duorum *(1)* punctorum relatio ex sola ipsa in Spa *(2)* relatio *L*

ex ipsorum coexistentia determinata. Relatio autem quae determinatur ex sola duarum rerum natura seu coessentia quoad magnitudinem earum est ipsa earum r a t i o .

Nec dubitari potest an horum respectu aliquid sit determinatum, ex omnibus enim determinate assumtis, exempli gratia duobus extensis, et secundum determinatum aliquid cujusque scilicet magnitudinem, vel ⟨coex⟩istentiam, sive positionem, vel aliud quiddam consideratis determinato modo, verbi gratia omnium simplicissimo, necesse est emergere determinatam aliquam considerationem, cujus objectum est illa quae dixi relatio. Vel clarius et brevius: Quia duo nunc existunt, etiam sibi coexistunt; et quia existunt determinato modo, etiam sibi coexistunt determinato modo; isque modus cum sit determinatus omnino, erit et determinatus respectu extensionis determinate assumtae. Is autem modus est situs, ergo determinatus est situs.

Hinc cum in punctis nihil aliud intelligi possit quam eorum existendi modus respectu extensionis determinatus, sive p o s i t i o (s i t u s enim est quasi com-positio plurium) patet in duobus punctos coexistentibus nihil aliud determinatum ex eorum vel coessentia vel coexistentia posse intelligi quam situm inter ipsa. Comparationem enim, aliam, quoniam omnia inter se congruunt non habent. Itaque scribendo $A.B.$ exprimetur relatio puncti A, ad punctum B, quae nulla potest alia utiliter intelligi, quam eorum situs. Proinde $A.B$ erit punctorum A et B inter se situs.

Cum duo proposita puncta sint in uno eodemque spatio illimitato, erunt etiam in uno aliquo spatio limitato. Cum enim eorum coexistentia sit determinata, etiam spatium in quo existunt sufficit esse limitatum, et manifestum est posse coexistentiam eorum intelligi, etsi quaedam in spatio illo illimitato existentia, non considerentur. Unde intelligi potest duo puncta quaelibet extenso aliquo connecti per quod scilicet continue ab uno ad alterum veniri potest; sive esse ab uno ad alterum viam.

Potest differens esse diversorum punctorum inter se situs seu potest $A.B.$ diferre a $C.D.$ Seu datis punctis duobus situm inter se habentibus $A.B$ dari possunt duo aliqua situm alium inter se habentia $Y.Z.$ Alioqui enim necesse erit omnia puncta coincidere

2 natura *(1)* qvoad coextensionem *(2)* seu *L* 4 duobus *(1)* punctis *(2)* extensis *L* 8 duo *(1)* extensa *(2)* nunc *L* 11 f. situs *(1)* Sed via a puncto ad punctum non *(2)* Hinc *L* 12 eorum *(1)* existentia *(2)* existendi *L* 14 patet *(1)* in puncto nihil aliud prius intelli *(2)* in *L* 14 f. vel coessentia vel *erg. L* 22 qvaedam *(1)* spatii remo *(2)* puncta aut partes, removeam *(3)* in *L* 24 f. viam. *(1)* Est enim punctum Mobile seu cum situs eius ad alium punctum possit esse alius atqve alius *(2)* Potest *(a)* diversus *(b)* differens *L* 26 C.D. *(1)* Imo *(2)* p⟨r⟩ *(3)* necesse est *(4)* seu *L* 26 possunt *erg. L* 27 puncta *(1)* congruere *(2)* coincidere *L*

inter se, seu omnia puncta esse unum et idem. Nam quod unum punctum A alteri alicui C non coincidat, non potest aliter demonstrari, quam quod aliud quoddam punctum datur, B, cujus respectu diversum habent situm, ita ut $A.B$. non ♉ $C.B$.

Potest puncti ad punctum situs mutari patet ex praecedenti. Potest enim alterius puncti alius esse situs, quam hujus, ergo et hujus ipsius alius quam nunc est, quia ab altero nulla in re differt, itaque quod alteri possibile est, etiam ipsi possibile est.

Locus rei est in quo ipsa sita est, res autem in alia esse intelligitur hoc loco, si omne extremum ejus extremo parti alterius congruit. Est autem omne extremum puncti, lineae superficiei, ipsum punctum linea superficies.

Puncta Extensi determinati habent inter se situm determinatum. Ergo duo puncta determinato extenso connexa habent inter se situm determinatum.

Dari possunt duo puncta eum habentia situm inter se, quem habent duo alia inter se, ut $A.B$ ♉ $C.D$. Alioqui poterit demonstrari ipsa coincidere: sed hoc admisso quaero utrum demonstretur hinc A ♉ C et B ♉ D an A ♉ D et B ♉ C. Nulla enim reddi potest ratio cur unum potius quam alterum. Ergo vel non sequitur inde coincidentia, vel sequitur omnia quatuor sibi coincidere. Verum ex una congruentia quatuor rerum congruentiae concludi non possunt. Assertio haec nihil aliud significat, quam extensum aliquod posse moveri seu extensum ex loco cujus termini A et B posse transferri in locum cujus termini C et D. idque ex eo etiam ostendi potest quod spatium illimitatum est indifferens respectu extensi propositi. Eodem modo probatur mille dari posse puncta, eum habentia situm inter se,

1 f. punctum | A *erg.* | alteri *(1)* B *(a)* no⟨n⟩ *(b)* alicui *(2)* alicui C non *(a)* congruat *(b)* coincidat *L* 6 f. possibile est. *(1)* itaqve possibile est: A.B non ♉ (A).B *(2)* Locus *(a)* est situs *(b)* rei *L* **7** sita est, *(1)* seu qvae alicuius rei pars, aut partis extremum est *(2)* res *L* 11 f. determinatum *(1)* Dari possunt plura puncta eundem situm habentia ad unum eundemqve, seu AB ♉ AC. possunt duo *(a)* pun *(b)* qvaedam puncta eum habere situm inter se, qvem habent duo qvaedam alia inter se, ut A.B ♉ C.D. Cum enim nulla in illis possit reddi ratio diversitatis duo enim puncta solo numero differunt, seu sunt per se indiscernibilia. *(2)* itaqve | etiam *gestr.* | dari possunt duo puncta eundem *(a)* inter se *(b)* situm | datum *erg.* | habentia, ad unum idemqve punctum | datum *erg.* |, ut B potest eum situm habere ad A, qvem C habet ad A, licet B et C non coincidant. Nam compatibilia sunt hae duo, *(aa)* A habere *(bb)* A habere eundem situm et ad B et ad C. sed D habere diversum situm ad B qvam ad C Qvod satis est ut B et C non coincidant. Hoc idem est ac si dicam posse moveri extensum uno licet puncto manente immoto. Alioqvi ex hac veritate A.B ♉ A.C. demonstrari poterit B ♉ C. seu B.C ♉ A.A *(aaa)* Cuius demonstrationis *(bbb)* qvalis demonstratio *(aaaa)* esse non *(bbbb)* principium nullum habet. *(3)* dari *L* 18 extensum *(1)* cuius termini A.C. posse transferri *(a)* in ali *(b)* in locum B.C. seu ter *(2)* ex *L*

quem habent milla alia inter se. Itaque sic scribi potest: $A.B.C.D.$ etc. ♉ $(A).(B).(C).(D).$ (etc) vel $A.B.C.D$ etc. ♉ $yA.yB.yC.yD.$

Dari potest punctum A, quod ad duo puncta data $B.C$ situm habet eundem datum. Item dari potest punctum C quod ad punctum datum A eum habeat situm (datum), quem punctum datum B habet ad punctum A. Seu si sit: $A.B$ ♉ $D.C$ (quod possibile est per praecedentem sine coincidentia) et A ♉ D (sive $A.A$ ♉ $A.D$) non ideo sequitur esse B ♉ C. sive B et C coincidere. Alioqui sequeretur ex hoc uno $A.B.C.D.$ etc. ♉ $L.M.N.O.$ etc. et A ♉ L. fore B ♉ M. et C ♉ N. et D ♉ O, etc.; par enim omnium ratio est seu fore $A.B.C.D$ etc. ♉ $L.M.N.O$ etc.

Ex motu hoc potest demonstrari. Sint enim duo corpora congrua quidem sed non coincidentia, $ABCD$. $LMNO$. eaque ita moveantur donec puncta L. et A. coincidant (porro autem L. et A. esse homologa seu respondentia quod patet ex ipsa dispositione literarum) seu ut fiat A ♉ L. Patet hoc fieri posse corporibus sese tangentibus in A et L tantum, licet non coincidentibus. Sine motu res patet ex solo tactu, si ponamus duo corpora congrua nullam partem coincidentem habentia se in puncto aliquo tangere, et duo puncta contactus esse respondentia. Potest etiam intelligi corpus unum ab alio multo majore tangi, et ex majore rejectis superfluis exsculpi aliquod congruum minori et congrue positum ad punctum contactus. Sed analytica et generalissima harum possibilitatum demonstratio ex eo satis habetur, si analysi sufficiente facta, patet demonstrari contrarium non posse.

Via puncti est linea. Via est locus continuus successivus. Ex his patet duarum linearum concursum esse punctum cum scilicet duo puncta mota sibi occurrunt. Potest tamen fieri, ut duae lineae habeant partem communem, et tunc sunt eatenus una linea. Sed haec suo loco discutiemus accuratius.

Recta est linea ex duobus punctis determinata.

Sphaerae centrum esse unicum ostendendum est. Ostendetur autem vel ex eo quod quatuor punctorum centrum est unicum; seu quatuor sphaerarum intersectio est punctum unicum. Hoc vero ex eo ostendemus, quod duarum rectarum intersectio est punctum unicum. Ex quo patet etiam, ex datis quatuor punctis determinatam esse sphaeram. Seu

8 par ... est *erg.* L 14 tantum, *(1)* non vero *(2)* licet L 18 generalissima *(1)* horum demonstratio *(2)* harum *(a)* negativarum *(b)* possibilitatum L

datis quatuor punctis, quorum tria non sunt sita in eandem recta, posse sphaeram reperiri cujus superficies per ipsa transit.

Ex definitione lineae rectae, quae sit AB. seu determinatum ex duobus punctis A. et B. demonstratur etiam rectae quodlibet punctum ad tria aliqua puncta C, D, E eodem modo se habere, posito illa A eodem modo se habere ad C et D et E, itemque B quoque ad ea se habere eodem modo. Nam et hoc quod ex his duobus determinatur eodem modo se ad haec tria habet. Similis demonstratio pro plano. Nam cum sit determinatum ex tribus punctis A et B et C et horum trium quodlibet eodem modo se ad duo puncta data habere possit (non ad tria, nisi $A.B.C.$ cadant in unam rectam) etiam quod ex his determinatur.

3–6 *Dazu am Rand:* NB.

1 punctis, *(1)* qvae non sunt sita in plano eodem ead *(2)* qvorum *L*

11 (40849). DE COINCIDENTIA ET SITUS DETERMINATIONE [1679 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 51–52. 1 Bog. 2°, von dem die rechte Hälfte von Bl. 52 abgetrennt wurde. 1 S. auf Bl. 51 r°, untere zwei Drittel halbbrüchig beschrieben. — Gedr.: ECHEVERRÍA, *La Caractéristique*, Teil 2, Paris 1979, S. 250–254.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist von 1678–1682 belegt. **[noch]**



[*Fig. 1*]

Duae rectae quae duo puncta habent communia productae coincidunt:

$A.Y \overset{(1)}{\text{ɣ}} B.Y. \;\text{ɣ}\; C.Y \qquad D.X \overset{(2)}{\text{ɣ}} E.X \;\text{ɣ}\; F.X.$

$(A.XY \;\text{ɣ}\; B.XY \;\text{ɣ}\; C.XY \qquad D.XY \;\text{ɣ}\; E.XY \;\text{ɣ}\; F.XY.)$

$AG \overset{(3)}{\text{ɣ}} BG \;\text{ɣ}\; CG. \qquad DG \overset{(4)}{\text{ɣ}} EG \;\text{ɣ}\; FG$

$AH \overset{(5)}{\text{ɣ}} BH \;\text{ɣ}\; CH \qquad DH \overset{(6)}{\text{ɣ}} EH \;\text{ɣ}\; FH$

Hinc probari debet, esse,

$AX \;\text{ɣ}\; BX \;\text{ɣ}\; CX$ et esse $DY \;\text{ɣ}\; EY \;\text{ɣ}\; FY$

Ex 3 et 5 fit: $AGH \overset{(7)}{\text{ɣ}} BGH \;\text{ɣ}\; CGH$

Ex 4 et 6 fit: $DGH \overset{(8)}{\text{ɣ}} EGH \;\text{ɣ}\; FGH$





[*Fig. 2*]

EH ♉ DH EG ♉ DG
EGH ♉ DHG
AGH ♉ BGH
AH ♉ BH AG ♉ BG
HD ♉ HE GD ♉ GE
Ergo AD ♉ BE quia $D.E$ determinatu⟨r⟩ per priora

$$GD.HD$$
$$GE.HE$$

et quae per congrua determinantur congrua sunt.
Ergo $AGHD$ ♉ $BGHE$.

Nam si modus determinandi situm D ad A. congruit modo determinandi situm E ad B, tunc DA erit ♉ BE. Haec regula pulcherrima est summique usus. Nam situi eae congruunt et earum extrema congruunt. Hinc quia quaelibet puncta ad data duo puncta in eodem plano eodem modo se habentia cadunt in eandem rectam Hinc sequitur puncta quaelibet eodem modo se habentia ad $D.E.$ etiam eodem modo se habere ad $A.B.$ adeoque omnia cadere in unam rectam. Sed demonstrandum prius duas rectas datas cadere in idem planum; si habeant punctum commune.

Ex hoc quod duae rectae non habent nisi unum punctum commune, demonstratur quod intersectio rectarum sit punctum, seu quod si sit AY ♉ BY ♉ CY ♉ DY, Y est unicum. Eodem modo erit etiam punctum unicum si intersectio quaeratur trium planorum. Item si quaeratur intersectio trium sphaerarum, item sphaerarum duarum et unius plani, item planorum duorum et unius sphaerae. Id est intersectio circuli et rectae dat punctum, licet duplex. Quod intersectio duorum circulorum determinet unum punctum hoc videtur natura prius eo, quod intersectio rectarum id faciat; ideo et punctum D. ex puncto A determinari per circulares $G.D$ et $H.D$ quae in plano se intersecantes dant unum punctum. Demonstrandum ergo prius esse aliquod centrum in circulo ex quo in plano is describatur. Et necesse est id facere antequam sermo sit de recta. Quia hoc ipsum probandum quod determinatum sit punctum D ex duobus sitibus GD. HD ab uno latere in eodem plano.

12 (40852). DE ANALYSI SITUS [1693(?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 12 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 S. — Gedr.: Gerhardt, *Math. Schr.* 5, 1858, S. 178–183.

Datierungsgründe: [noch]

De Analysi Situs

Quae vulgo celebratur A n a l y s i s m a t h e m a t i c a , est m a g n i t u d i n i s , non s i t u s ; atque adeo directe quidem et immediate ad Arithmeticam pertinet, ad Geometriam autem per circuitum quendam applicatur. Unde fit ut multa ex consideratione situs facile pateant, quae calculus Algebraicus aegrius ostendit. Problemata Geometrica ad Algebram, id est quae figuris determinantur ad aequationes revocare res non raro satis prolixa est, et rursus alia prolixitate difficultateque opus est, ut ab aequatione ad constructionem, ab Algebra ad Geometriam redeatur, saepeque hac via non admodum aptae prodeunt constructiones nisi feliciter in quasdam non praevisas suppositiones assumtionesve incidamus. Hoc ipse Cartesius tacite fassus est, cum lib. 3. Geometriae suae problema quoddam Pappi resolvit. Et sane Algebra sive numerica sive speciosa, addit, subtrahit, multiplicat, dividit, radices extrahit, quod utique arithmeticum est. Nam ipsa Logistica, seu scientia magnitudinis proportionisve in universum, nihil aliud tractat quam numerum generalem seu indeterminatum, et has in eo species operandi quoniam M a g n i t u d o revera determinatarum partium multitudine aestimatur, quae tamen manente re variat, prout alia aut alia Mensura vel Unitas assumitur. Unde mirum non est, Scientiam Magnitudinis in universum esse Arithmeticae genus, cum agat de numero incerto.

Habebant Veteres aliud Analyseos genus, ab Algebra diversum, quod magis ad situs considerationem accedit, tractans de D a t i s et de S e d i b u s quaesitorum seu L o c i s . Et huc tendit Euclidis libellus de *Datis*, in quem Marini Commentarius extat. De Locis vero planis, solidis, Linearibus actum est cum ab aliis, tum ab Apollonio, cujus propositiones Pappus conservavit, unde recentiores Loca plana solidaque restituerunt. Sed ita, ut veritatem magis quam fontem doctrinae veteris ostendisse videantur. Hoc tamen Analyseos genus neque ad calculum rem revocat, neque etiam producitur usque ad prima principia atque Elementa situs, quod ad perfectam Analysin necesse est.

Vera igitur Situs Analysis adhuc supplenda est, idque vel ex eo constat, quod omnes Analytici, sive Algebram exerceant novo more, sive data et quaesita ad veterem formam tractent, multa ex Geometria elementari assumere debent, quae non ex magnitudinis sed figurae consideratione deducuntur neque determinata quadam via hactenus patent. Euclides ipse quaedam axiomata satis obscura sine probatione assumere coactus est, ut caetera procederent. Et Theorematum Demonstratio solutioque problematum in Elementis magis aliquando apparet, laboris opus quam methodi et artis, quanquam et interdum artificium processus suppressum videatur.

Figura in universum praeter quantitatem continet qualitatem seu formam; et quemadmodum a e q u a l i a sunt quorum eadem est magnitudo, ita s i m i l i a sunt quorum eadem est forma. Et similitudinum quidem seu formarum consideratio latius patet quam mathesis, et ex Metaphysica reperitur, sed tamen in Mathesi quoque multiplicem usum habet, inque ipso Calculo Algebraico prodest, sed omnium maxime similitudo spectatur in sitibus seu figuris Geometriae. Itaque Analysis vere Geometrica non tantum aequalitates spectat et proportionalitates, quae revera ad aequalitates reducuntur; sed similitudines etiam, et ex aequalitate ac similitudine conjunctis natas congruentias adhibere debet.

Causam vero cur similitudinis consideratione non satis usi sunt Geometrae, hanc esse arbitror, quod nullam ejus notionem generalem haberent satis distinctam aut ad Mathematicas disquisitiones accommodatam, vitio philosophorum, qui definitionibus vagis et definito obscuritate paribus, in prima praesertim philosophia contenti esse solent, unde mirum non est sterilem esse solere doctrinam illam et verbosam. Itaque non sufficit similia dicere, quorum eadem forma est, nisi f o r m a e rursus generalis notio habeatur. Comperi autem, instituta qualitatis vel formae explicatione rem tandem eo devenire, ut s i m i l i a sint, quae singulatim observata discerni non possunt. Quantitas enim sola rerum compraesentia seu applicatione actuali interveniente deprehendi potest, qualitas aliquid menti objicit, quod in re separatim agnoscas et ad comparationem duarum rerum adhibere possis, actuali licet applicatione non interveniente, qua res rei vel immediate vel mediante tertio tanquam mensura confertur. Fingamus duo templa vel aedificia exstructa haberi, ea lege, ut nihil in uno deprehendi queat, quod non et in alio observes: nempe materiam ubique eandem esse, marmor Parium candidum, si placet; parietum, columnarum, caeterorumque omnium easdem utrobique esse proportiones; angulos utrobique eosdem, seu ejusdem rationis ad rectum; itaque qui in haec bina templa ducetur clausis oculis, sed post ingressum apertis, et nunc in uno, nunc in altero versabitur, nullum indicium ex ipsis inveniet, unde alterum ab altero discernat. Et tamen magnitudine differre possunt, atque adeo discerni poterunt si simul spectentur, ex loco eodem; vel etiam (licet remota sint invicem) si tertium aliquod translatum nunc cum uno, nunc cum altero comparetur, veluti si mensura aliqua, qualis ulna aut pes aut aliud quiddam ad metiendum aptum, nunc uni nunc alteri accommodetur, nam tum demum discernendi ratio dabitur inaequalitate deprehensa. Idem est, si ipsum spectatoris corpus, aut membrum, quod utique cum ipso de loco in locum transit mensuraeque officium praestat, his templis applicetur; tunc enim magnitudo diversa, et per hanc discernendi modus apparebit. Sed si spectatorem non nisi ut mentem oculatam consideres, tanquam in puncto constitutam, nec ullas secum magnitudines aut re aut imaginatione afferentem, eaque sola in rebus considerantem, quae intellectu consequi licet, velut numeros, proportiones, angulos, discrimen nullum occurret. Similia igitur dicentur haec templa, quia non nisi hac coobservatione vel inter se, vel cum tertio, minime autem sigillatim et per se spectata discerni potuere.

Haec evidens et practica, et generalis similitudinis descriptio nobis ad demonstrationes Geometricas proderit, ut mox patebit. Nam duas figuras oblatas, similes dicemus, si aliquid in una singulatim spectata notari nequeat; quod in altera non aeque deprehendatur. Itaque eandem utrobique ingredientium rationem sive proportionem esse debere consequitur, alioqui per se sigillatim, seu nulla licet amborum coobservatione instituta, discrimen apparebit. At Geometrae cum generali similitudinis notione carerent, figuras similes ex aequalibus respondentibus angulis definierunt, quod speciale est, non ipsam naturam similitudinis in universum aperit. Itaque circuitu opus fuit, ut demonstrarentur, quae ex nostra notione primo intuitu patent. Sed ad exempla veniamus.

Ostenditur in *Elementis*, Triangula similia seu aequiangula latera habere proportionalia, et vicissim; sed hoc multis ambagibus Euclides quinto demum libro conficit, cum primo statim ostendere potuisset *Elemento*, si nostram notionem fuisset secutus. Demonstrabimus primum, triangula aequiangula esse similia.



[*Fig. 1*]

Esto triangulum ABC, et aliud rursus LMN, sintque anguli A, B, C ipsis L, M, N respective aequales; dico triangula esse similia. Utor autem hoc Axiomate novo: Quae ex determinantibus (seu datis sufficientibus) discerni non possunt, ea omnino discerni non posse, cum ex determinantibus caetera omnia oriantur. Jam data basi BC, datisque angulis B, et C (adeoque et angulo A) datum est triangulum ABC; itemque data basi MN, datisque angulis M, N, (adeoque et angulo L) datum est triangulum LMN. Sed ex his datis sufficientibus singulatim discerni triangula non possunt. Nam in uno quoque data sunt basis, et duo ad basin anguli; jam basis angulis conferri nequit; nihil aliud ergo superest quod in triangulo alterutro ex determinantibus sigillatim spectato examinari possit, quam ratio anguli cujusque dati ad rectum vel duos rectos, id est anguli ipsius magnitudo. Quae ipsa cum utrobique eadem reperiantur, necesse est triangula sigillatim discerni non posse, adeoque similia esse. Nam ut hoc in Scholii modum addam, etsi magnitudine triangula discerni possint, tamen magnitudo nisi per coobservationem vel triangulorum amborum simul, vel utriusque cum aliqua mensura, agnosci non potest, sed ita jam non tantum spectarentur singulatim, quod postulatur.

Vicissim manifestum est, Triangula similia etiam aequiangula esse, alioqui si esset angulus aliquis ut A, in triangulo ABC, cui nullus reperiretur aequalis angulus in triangulo LMN, utique daretur angulus in ABC, habens rationem ad duos rectos (seu ad omnium trianguli angulorum summam), quam non habet ullus in LMN, quod sufficit ad triangulum ABC, a triangulo LMN singulatim distinguendum. Constat etiam Triangula similia habere latera proportionalia. Nam si dentur duo aliqua latera, velut AB, BC, habentia rationem inter se, quam nulla trianguli LMN latera inter se habeant, jam poterit alterum triangulum ab altero singulatim discerni. Denique si latera proportionalia sint, triangula similia erunt. Quoniam enim datis lateribus data sunt triangula, sufficit (per axioma nostrum) ex laterum ratione discrimen haberi non posse, ut ex nullo in Triangulis his singulatim spectatis alio haberi posse judicemus. Ex his vero etiam patet, Triangula aequiangula habere latera proportionalia, et vicissim.

Eodem modo primo statim Mentis obtutu ex nostra similitudinis notione directe ostenditur, circulos esse ut quadrata diametrorum, quod Euclides demum decimo libro ostendit, et quidem per inscripta et circumscripta, rem reducendo ad absurdum, cum tamen nullis ambagibus esset opus.



[*Fig. 2*]

Diametro AB descriptus sit circulus, eique circumscriptum diametri quadratum CD: Eodemque modo diametro LM descriptus sit circulus eique circumscriptum diametri quadratum NO. Determinatio utrobique est similis, circulus circulo, quadratum quadrato, et accommodatio quadrati ad circulum, itaque (per Axioma supradictum) figurae $ABCD$, et $LMNO$ sunt similes. Ergo (per definitionem similitudinis) erit circulus AB ad quadratum CD, ut circulus LM ad quadratum NO, ergo etiam circulus AB ad circulum LM, est ut quadratum CD ad quadratum NO. Quod affirmabatur. Pari ratione sphaerae ostendentur esse ut cubi diametrorum. Et in universum in similibus, lineae, superficies, solida, homologa erunt respective ut longitudines, quadrata, cubi laterum homologorum. Quod hactenus generaliter assumtum magis quam demonstratum est.

Porro haec consideratio, quae tantam praebet facilitatem demonstrandi veritates alia ratione difficulter demonstrandas; etiam novum calculi genus nobis aperuit, a calculo Algebraico toto coelo diversum, notisque pariter, et usu notarum operationibusve novum. Itaque Analysin situs appellare placet, quod ea situm recta et immediate explicat; ita ut figurae etiam non delineatae per notas in animo depingantur, et quicquid ex figuris imaginatio intelligit empirica, id ex notis calculus certa demonstratione derivet, caeteraque etiam omnia consequatur, ad quae imaginandi vis pertingere non potest. Imaginationis ergo supplementum, et ut ita dicam perfectio in hoc, quem proposui, calculo situs continetur, neque tantum ad Geometriam, sed etiam ad Machinarum inventiones, ipsasque machinarum naturae descriptiones usum hactenus incognitum habebit.

13 (40881). CIRCA GEOMETRICA GENERALIA ET CALCULUM SITUS [Sommer 1683 – 1684 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 14 Bl. 1–8. 4 Bog. 4°. 12 $\frac{1}{2}$ S. halbbrüchig beschrieben. Bl. 7 v° u. Bl. 8 leer. — Gedr.: 1. Echeverría, *Calculos geometricos*, 1991, S. 55–66; 2. Mugnai, *Leibniz' Theory of Relations*, 1992, S. 139–147.

Datierungsgründe: Die Wasserzeichen der verwendeten Papiere sind von 1677–1684 belegt. Das gestrichene *dicto* im Verweis auf das *Symbolum Athanasii* am Ende des Textes könnte darauf hindeuten, dass das vorliegende Stück nach dem entsprechenden Verweis in den *Notationes generales* (VI, 4 N. 131 S. 552) entstanden ist. **[noch]**

Circa geometrica generalia et calculum situs seu picturam characteristicam

Observationes miscellae

constituendae analysi geometricae plane novae praeludentes

(1) Punctum eorum quae in extenso sunt simplicissimum est. Hinc:

⟨(1)⟩ Punctum puncto simile est, $a \sim b$.

(2) Punctum puncto aequale est $a = b$.

(3) Punctum puncto congruit $a \simeq b$. Haec usum habebunt ad aliorum quae per certa puncta determinantur similitudines, aequalitates aut congruentias demonstrandas. Adde infra § 60.

(4) Punctum puncto, in quo assumitur coincidit, seu si sit b in a erit $a \infty b$. Ad hos paragraphos 1. 2. 3. 4. adde § 60 infra.

⟨(4)⟩ Imo generaliter quicquid in puncto situm est cum ipso puncto coincidit. Si plura puncta aliquam communem proprietatem habeant, et ideo unum quodque ex ipsis communi nomine appelletur x, tunc locum omnibus communem et solis proprium appellabimus $\overline{x}$. Sive $\overline{x}$ significabit:

10–12 *(1)* Pictura characteristica seu de Repraesentatione figurarum per notas, observationes miscellae et Geometrica Generalia *(2)* Circa ... Miscellae *(a)* ad constituendam Analysin Geometricam, plane novam *(b)* constituendae ... praeludentes. *erg. L* 13 f. (1) Punctum ... Hinc: *erg. (1)* (1) *(2)* ((1)) *L* 16 f. a ≃ b *(1)* Qvicqvid in puncto est puncto *(a)* congruet *(b)* coincidet seu si B sit in A erit A ∞ B *(2)* Haec ... demonstrandas *(a)* qvid punctum addit *(b)* adde *L* 19–21 ad hos ... coincidit *erg. L*

(5) Omne punctum x esse in $\overline{x}$, et

(6) omne punctum in $\overline{x}$ esse x.

(7) Si omne x est y, e r i t $\overline{x}$ i n $\overline{y}$.

(8) Si $\overline{x}$ est in $\overline{y}$ omne x erit y.

(9) Si $\overline{x}$ sit in $\overline{y}$ et $\overline{y}$ sit in $\overline{x}$, tunc $\overline{x}$ et $\overline{y}$ c o i n c i d e n t .

(10) Si $\overline{x}$ et $\overline{y}$ coincidunt, $\overline{x}$ erit in $\overline{y}$ et $\overline{y}$ erit in $\overline{x}$.

(11) Si A est in $\overline{x}$ et $\overline{x}$ in $\overline{y}$ erit A in $\overline{y}$. Hoc ita demonstratur. Si A est in $\overline{x}$ utique A est x (per artic. 6.) Jam cum $\overline{x}$ sit in $\overline{y}$ ex hypothesi omne x erit y (per 8). Ergo (per Logicam communem) etiam A erit y. Ergo (per 5) A erit in $\overline{y}$. Quod erat demonstrandum. Posset ita enuntiari haec propositio, continens continentis est continens contenti.



[*Fig. 1*]

(12) Si idem est situs punctorum a et b inter se, qui punctorum c et d, tunc corporis rigidi puncta l et m, quae possunt applicari ipsis a et b, poterunt etiam applicari ipsis c et d.

(13) Et contra, si hoc fieri potest, idem erit situs punctorum.

(14) Idem est situs puncti a ad b, qui puncti b ad a.

---

12 *Zu* (12): Add. §. 46

2 f. esse x *(1)* Si | omne *erg.* | x ∞ y erit $\overline{x}$ ∞ $\overline{y}$ hoc est unumqvodqve punctum alicuius extensi coincidat alicui puncto Si omne x est y et omne y est x erit $\overline{x}$ ∞ $\overline{y}$. et si $\overline{x}$ ∞ y, omne x est y, et omne y est x *(2)* (7) Si *L* 3 est y, *(1)* et unum qviddam y non est x, *(2)* e r i t *L* 8 est x *(1)* (seu punctum A est aliqvod ex punctis qvae vocantur x.) Iam omne x est y. (qvia $\overline{x}$ est in $\overline{y}$) ergo A est y. | (ex Logica communi) *erg.* | Ergo A est in $\overline{y}$. *(2)* Iam *L* 10–12 contenti. *(1)* Si sumto qvocunqve x sumi potest aliqvod y respondens, *(2)* Si $\overline{x}$ et $\overline{y}$ sint similia, *(3)* Punctum spatii est immobile punctum corporis est mobile. Omne punctum corporis alicui puncto spatii coincidit congrua sunt *(a)* $\overline{x}$ et $\overline{y}$ *(b)* qvae non nisi respectu ad aliqvid aliud discerni possunt. A  B Transformatio est *(4)* | (12) *erg.* | Si *L* 12 c et d *(1)* tunc eadem puncta corporis rigidi et *(2)* tunc *L*

(15) Si corporis rigidi puncta l et m possunt applicari punctis a et b, et quidem l ipsi a, et m ipsi b, poterunt etiam vicissim applicari l ipsi b, et m ipsi a. Nam idem est situs puncti a ad punctum b, qui puncti b ad punctum a (per 14). Ergo (per 12) fieri potest quod dictum est.

(16) Si determinata sint puncta corporis rigidi, determinati, quae data puncta simul attingere possunt, determinatus erit punctorum datorum situs inter se. De determinato adde § 25. 65.

(17) $a.b$ significat situm punctorum a et b inter se. Et $a.b.c.$ significat situm trium punctorum a et b et c inter se.

(18) Si datur $a.b.c.$ datur $a.b.$

(19) Si datur $a.b.$ et $a.c.$ et $b.c.$, datur $a.b.c.$

(20) $a.b. \simeq c.d.$ significat eundem esse situm inter puncta a et b, qui inter puncta c et d, seu rigidum aliquod intelligi posse cujus extrema sint a et b, congruum rigido cujus extrema sint c et d. Seu puncta a et b posse congruere punctis c et d, salvo situ quem a et b habent inter se.

(21) Si $a.b \simeq l.m.$, et $a.c. \simeq l.n.$ et $b.c. \simeq m.n.$, erit $a.b.c. \sim l.m.n.$

(22) Si $a.b.c. \simeq l.m.n.$ erit $a.b \simeq l.m.$ et ita porro, bina binis respondentibus.

(23) Si $a.b.c. \simeq l.m.n.$ et $a.b.d. \simeq l.m.p.$ et $a.c.d. \simeq l.n.p.$ erit $a.b.c.d. \simeq l.m.n.p.$

(24) Si duorum Extensorum communem aliquam naturam habentium puncta, quae sufficientis sint numeri pro hac natura ad certum individuum determinanda, et illa puncta eundem inter se situm habeant, in uno, quem totidem in altero; duo illa extensa inter se congrua erunt. Sit communis natura $\odot$ et ponamus determinatis quatuor punctis in $\odot$, determinatum esse individuum ipsius $\odot$, seu non nisi unicum esse $\odot$ quod eadem quatuor puncta habent, et sint duo F, et G, ex quibus tam F sit $\odot$ quam G sit $\odot$ et sint assumta quatuor puncta in F ut a, b, c, d, itemque quatuor puncta in G, ut l, m, n, p

1 a et b, *(1)* illud illi, istud isti, poterunt vicissim jo *(2)* ne *(3)* et *L* 5 (16) *(1)* determinatus est situs *(2)* si *(a)* determinatum sit corporus rigidum, qvod duo puncta simul *(b)* determinata *L* 6 f. de … 65. *erg. L* 19 f. duorum *(1)* commune qvid *(2)* Extensorum … naturam *(a)* puncta determina *(b)* deter *(c)* hanc naturam ad unum *(d)* habentium puncta, *(aa)* hanc naturam *(bb)* | qvae *erg.* | sufficientis | sint *erg.* | numeri *L* 20 et illa puncta *erg. L* 21 in uno … altero; *erg. L* 21 extensa *erg. L* 22 erunt | , seu si congrua sint determinantia, congrua erunt determinata *erg. u. gestr.* |. Sit *L* 22 determinatis *(1)* tribus *(2)* qvatuor *L* 23 individuum ipsius *erg. L* 23 f. eadem *(1)* tria *(2)* qvatuor *L* 24 duo, *(1)* A et B, ex qvibus tam A sit ⊙ qvam B sit ⊙ et sint tria puncta in A, ut a,b,c, ac tria puncta in B, ut l, m, n, *(2)* F, et G *L*

sitque $a.b.c.d \simeq l.m.n.p.$ erit $F \simeq G$. Exempli causa si sint duae circumferentiae Ellipticae et quatuor puncta in una eodem modo inter se sita sint, quo quatuor puncta in altera, tunc congruae erunt haec duae circumferentiae Ellipticae. Quia datis quatuor punctis datur ellipsis. De determinatione adde infra §. 65.

(25) Similia sunt quae separatim considerata discerni non possunt seu in quibus per se consideratis nullum notari potest attributum discriminans, sed opus est vel ambo inter se, vel tertium aliquod utrique comparari. Ita si duae figurae sint similes nulla propositio (quae nihil forinsecus assumat) potest enuntiari de una, quae non enuntiari possit et de altera. Ut si oculus successive collocetur in duobus conclavibus ex eadem materia factis, si dissimilia sunt, notabit aliquam diversitatem, in situ atque ordine, vel etiam proportionibus partium aut linearum inter se, et angulorum cum recto comparatorum. Sed si nihil tale notari possit, tunc non habebit oculus unde alterum ab altero discernat, nisi vel ambo forinsecus simul spectet atque conferat vel aliquam mensuram (qualis mensura naturalis in homine sunt membra; imo si notabile magnitudinis discrimen sit etiam fundus oculi) secum deferat. Hinc ex. gr. duo Circuli sunt similes unumquemque enim examina separatim, duc rectas quas voles, considera angulorum rationes ad rectum et linearum rectarum rationes inter se; nihil notabis in uno quod non et in altero sis notaturus. At si duas Ellipses conferas facile notabis diversitatem. Educ enim ex centro rectam usque ad circumferentiam angulo aliquo ad axem assumto, et nota ejus rectae rationem ad axem Ellipseos, idem fac in alia Ellipsi eodem angulo, saepissime deprehendes aliam rationem; et ita facile unam ab alia discernes.

(26) Si similia sint determinantia, ipseque determinandi modus similis, etiam similia erunt determinata. De determinatione infra §. 65. 75.

1 F $\simeq$ G. | seu brevius exprimendo, si sit a.b.c.d.F un. (hoc est unicum F ex datis a.b.c.d.F et situ ipsius F ad a, b, c, d) et itidem l.m.n.p.G un. et sit a.b.c.d $\simeq$ l.m.n.p. erit F $\simeq$ G *erg. u. gestr.* | Exempli causa *(1)* si tria puncta *(2)* Si sint duae *(a)* Ellip⟨ses⟩ *(b)* circum *(c)* circumferentiae *nicht gestr.* *(d)* circumferentiae *L* 4 de ... §. 65. *erg. L* 5 f. seu ... discriminans *erg. L* 7 si *(1)* duo triangula sint similia *(2)* duae *L* 7 similes *(1)* nulla *(2)* proprietas nulla *(3)* nullum attrib *(4)* nulla *L* 9–22 altera. *(1)* Hinc statim demonstrandum triangula similia *(2)* | Ut ... discernes *erg.* | (26) *L* 10 diversitatem, *(1)* vel in ⟨— — — — —⟩ situ *(2)* in *L* 11 linearum *(1)* vel angulorum *(2)* inter *L* 13 atqve conferat *erg. L* 14 membra *(1)*) ab uno in alterum secum deferat *(2)*; imo *L* 16 duc *(1)* lineas *(2)* rectas *L* 17 nihil *(1)* reperies in uno qvod non reperturus sis *(2)* notabis *L* 18 Ellipses | (inaeqvales) *gestr.* | conferas *L* 18 centro *(1)* | unius *erg.* | duos medios ad circumferentiam, angulo aliqvo dato | certo tum *nicht gestr.* | et nota qvam proportionem habeant ii radii inter se, idem fac in alia *(2)* rectam *L* 19 circumferentiam *(1)* et nota eius *(2)* angulo aliqvo | ad axem *erg.* | assumto, et nota eius | rectae *erg.* | rationem *L*

(27) Hinc triangula aequiangula sunt similia, nam dato uno latere et duobus (adeoque et tribus) angulis determinatum est triangulum; si ergo anguli utrobique iidem, cum latus lateri simile sit, recta scilicet rectae, nihil apparet in determinantibus unde attributum pro uno elici possit, quod non et elici possit pro altero.

(28) Similia autem triangula habent latera proportionalia, alioqui notari posset aliqua laterum proportio in uno, quae non notari posset in altero. Ergo per praecedentem Triangula aequiangula habent latera proportionalia.

(29) Contra triangula quorum latera proportionalia, sunt aequiangula. Nam datis tribus lateribus triangulum est determinatum; si jam latera sint proportionalia, nullum in determinantibus, nempe lateribus, discriminans attributum reperiri potest. Ergo sunt similia; ergo utrobique eadem ratio angulorum ejusdem trianguli tum inter se, tum cum summa; summa autem angulorum utrobique eadem (facit enim duos rectos) ergo et anguli (eandem rationem utrobique habentes ad hanc summam, alioqui discrimen notari posset) utrobique iidem erunt.

(30) Quae sunt similia secundum unum determinandi modum, etiam sunt similia quoad alium determinandi modum, ita duo triangula si sint similia respectu laterum, seu habeant eandem utrobique rationem singulorum laterum ad summam laterum; erunt et similia respectu angulorum, seu habebunt eandem utrobique rationem singulorum angulorum ad summam angulorum.

(31) H o m o g e n e a sunt, quae vel sunt similia, vel transformatione possunt similia reddi, ut linea recta et circularis, superficies gibba et plana. Cum enim omnis linea extendi possit in rectam, omnis superficies explanari convertique in quadratum, omne solidum converti in cubum, sintque recta similis rectae, quadratum quadrato, cubus cubo, patet omnes lineas, superficies, solida inter se homogenea esse. Nam definitio Homogeneorum qua Euclides utitur huc accommodari non potest, quia ne minima quidem portio congrua potest reperiri, adeoque nec communis mensura quantumlibet exacta appropinquans.

3 sit, *(1)* nulla *(2)* nihil appareat in determinantibus qvo *(3)* null *(4)* recta *L* 3 f. determinantibus *(1)* qvod non utrobiqve possit eodem modo notari, recta enim rectae similis est, anguli autem cum recta conferri non possunt. unde sumi possit diversitas *(2)* unde *(a)* diversum *(b)* attributum *(aa)* unum *(bb)* unius *(cc)* pro *L* 17 eandem | utrobiqve *erg.* | rationem | singulorum *erg.* | laterum ... laterum *(1)* ⟨id⟩ unoqvoqve *(2)* ; erunt *L* 21–24 Cum ... esse *erg.* *L*

25 utitur: EUKLEIDES, *Elementa*, V, def. 11.

Videntur et comparari posse a causa generante, nam si duo puncta moveantur aequali celeritate, et tempore, lineae descriptae licet dissimiles, tamen erunt aequales; sin eadem sit celeritas, tempus inaequale, erunt ut tempora atque ita homogenea erunt quorum ratio est. Poterit tamen Euclidaea quoque definitio huc accommodari, si curva et gibba considerentur ut polygona aut polyedra infinitangula. Adde infra §. 38.

((31)) Transformatio est mutatio quae ita fit ut simplicissima quae insunt utrobique eadem sint. Quanquam enim aliquando partes maneant, ut si quadratum mutetur in triangulum rectangulum isosceles, aliquando tamen nulla pars manet, sed puncta tantum, ut si circulus mutetur in quadratum aequale.

(32) A e q u a l i a sunt, quae vel congrua sunt vel transformatione possunt congrua reddi.

(33) M a j u s est cujus pars alteri (minori) toti aequalis est.

(34) M i n u s est quod alterius (majoris) parti aequale est.

(35) Hinc demonstratur partem esse minorem toto, seu totum esse majus parte. Nam pars est aequalis parti totius (nempe sibi), ergo minor toto.

(36) Si A sit $\sqcap$ B erit B $\sqcap$ A.

(37) Si quid nec majus sit nec minus, et tamen homogeneum, erit aequale. Nam cum homogeneum sit, simile reddi potest, fiat ergo simile, cumque omnia similia possunt intelligi ex se invicem fieri continuato incremento vel decremento, seu communem habere generationem, utique id quod prius generabitur crescendo (descrescendo) minus (majus) erit. Quae vero simul generabuntur erunt a e q u a l i a , quae propositio haberi poterit pro nova definitione aequalitatis. Idem tamen demonstrari poterit et ex definitione superiore, cum duo illa proposita sint similia, applicentur sibi respondentia respondentibus, tunc vel congruent et erunt aequalia, vel unum ubique excedet, alioqui non erunt similia; si enim non ubique excedet, termini eorum alicubi se se secabunt, alicubi non secabunt, quod est absurdum, nam respondentia tantum coincidere debent, sed haec, si opus est,

1 si *(1)* punctum moveatur *(a)* data ac *(b)* aeqva *(2)* duo *L* 2 f. sin ... tempora *erg. L* 5 Adde ... §. 38 *erg. L* 6–9 ((31)) ... qvae *(1)* fit iisdem manentibus *(2)* ita fit *(a)* qvae *(b)* ut ... sint. *(aa)* ita *(bb)* qvanqvam ... ut si *(aaa)* triangulum mute *(bbb)* qvadratum ... aeqvale. *erg. L* 13 f. aeqvale est. *(1)* Hinc si A $\sqcap$ B erit B $\sqcap$ A *(2)* (35) *L* 15–17 toto. *(1)* (36) *(2)* | (36) ... B $\sqcap$ A *erg.* | (37) *L* 21 erit. *(1)* Transibitur scilicet a majore ad minus per omnia intermedia, ergo per aeqvale. *(a)* vel etiam si similia simi *(b)* Sint A et B, sitqve A nec maius qvam B, nec minus dico esse aeqvale, nam transformetur, ita ut A fiat simile ipsi B. *(aa)* jam sumatur aliud simile ipsi B, *(bb)* sumantur alia duo ipsi B similia, unum C majus qvam B, alterum D minus, erit utiqve C majus qvam A, et D minus qvam A transeatur a *(2)* Qvae *L*

accuratius demonstrari poterunt. Breviter quae similia sunt, non nisi magnitudine possunt discerni. Hinc concludo: si sit A non $\sqcap$ B et A non $\sqcap$ B et A Homog. B, erit $A = B$.

(38) Si B sit in A et ambo sint homogenea nec tamen coincidant, erit A *totum*, B *pars*, Homogenea autem ita definienda sunt, quemadodum supra a nobis factum est § 31, ne scilicet eorum notio totum et partem praesupponat, alioqui fit circulus.

((38)) *Partes* eiusdem totius *incommunicantes* voco, quae nullam habent partem communem. *Communicantes* quae habent.

(39) Totum et summa omnium partium incommunicantium aequantur inter se, conjungendo enim has partes inde fit totum, vel dividendo totum inde fiunt hae partes. Ergo fieri possunt coincidentia. Ergo et congrua multo magis (nam omnia coincidentia multo magis sunt congrua, sive unumquodque congruit sibi). Quae autem congrua fieri possunt, aequalia sunt.

(40) Duo coincidentia sunt congrua seu unumquodque congruit sibi. Vel in notis si $A \infty B$ erit $A \simeq B$.

(41) Quae congrua sunt, etiam aequalia sunt, si $A \simeq B$ erit $A = B$.

(42) Quae congrua sunt etiam similia sunt, si $A \simeq B$ erit $A \sim B$.

(43) Quae simul similia et aequalia sunt, congrua sunt. Si $A \sim B$ et $A = B$ erit $A \simeq B$.

((43)) *Congrua* definio quae discerni etiam collata non possunt, nisi aliis forinsecus assumtis, ut duo ova aequalia et similia non nisi situ ad externa discernentur. Hinc utique sequitur §. 41 et 43. At §. 43 ita probatur; quae aequalia sunt, congrua sunt aut talia transformatione reddi possunt §. 32. Quae vero et similia sunt transformatione opus non habent.

(44) Quae similia sunt, Homogenea sunt, seu si $A \sim B$ erit A Homog. B. Patet ex §. 31.

(45) *Distantia* est minimae ab uno ad aliud lineae magnitudo, ut distantia duorum punctorum est recta; puncti a recta est perpendicularis. Eam ita exprimo: AB.

(46) Si puncta A et B magis distant quam puncta C et D, tunc in qualibet linea ab A ad B ducta sumi potest punctum cujus idem est situs ad A (vel B), qui est situs

2 discerni. *(1)* itaqve *(2)* Hinc concludo: *(a)* si *(b)* (37) Qvae similia et aeqvalia sunt *(c)* si *L*
3–7 A = B. *(1)* (37) *(2)* (38) *(3)* | (38) ... coincidant *(a)* erit B pars, A totum. *(b)* erit ... circulus *erg.* | ((38)) *L* 20–24 ((43)) ... habent *erg. L* 30 (vel B) *erg. L*

ipsius C ad D. Quid situs, vide supra §. 12. Posset ita enuntiari, si $AB \sqcap CD$, et sit linea AXB erit aliquod punctum E, tale, ut E sit X et $AE \simeq CD$. Hoc demonstrari potest. Quia tendendo a puncto ad punctum, non potest pervenire ad majorem distantiam nisi per minorem. Nempe generaliter:

(47) In omni continua mutatione a minori variatione pervenitur ad majorem per omnes intermedias.

(48) Omne extensum, quod partim intra partim extra aliud est, extremum ejus secat, alicubi enim incipiet in eo esse, cum paulo ante extra esset.

(49) Secari enim intelligitur extremum vel ambitus aliquis, ab aliquo extenso si duo puncta in extenso si duo puncta in extenso assumi possunt a communi concursu intervallo quantumlibet parvo distantia, quorum unum extra, alterum intra ambitum, cadit.

(50) Tangit quod cum ad aliquod tendat, ubi ad ipsum pervenit, iterum ab eo recedit. Itaque quod tangit aequiparari potest bis secanti, quod ubi ingressum est, rursus egreditur; et proinde secat tam in ingressu quam in egressu; momentum autem ingressus et egressus coincidere intelliguntur in conctactu, et portio immersa intra ambitum censetur infinite parva.

(51) Omnis linea in se rediens, a superficie in qua ducitur partem abscindit, seu superficiem dividit in duas partes, ita ut a puncto in una parte posito, non possit duci linea ad punctum in altera positum quin lineam illam secet. Nimirum si sumatur aliqua pars extensi, et divisio sive separatio a reliquo incommunicante (seu nullam partem communem, sed tantum communem terminum habente), in ipso communi termino instituatur, necesse est separatorem ad punctum redire unde inceperat, quia punctum initiale separationis, finit cohaesionem et incipit separationem, punctum vero finale separationis finit separationem et incipit cohaesionem, seu separandum; donec scilicet initiale et finale separationis punctum coincidant.

(52) Omnis superficies integra alicujus corporis finiti, ita ipsum claudit, ut non possit

2 punctum E, *(1)* qvod sit X, *(a)* et erit AE *(b)* et er *(c)* ita, ut *(2)* tale *L* 7 Omne *(1)* continuum *(2)* extensum, qvod partim *(a)* intus *(b)* intra *L* 8 alicubi ... esset *erg. L* 9 (49) *(1)* Secare intelligitur qvod *(2)* Secari | enim *erg.* | intelligitur | extremum vel *erg.* | ambitus *L* 9 f. si *(1)* ultra sumtis duobus punctis *(2)* duo puncta | in extenso *erg.* | assumi *L* 18 abscindit, *(1)* et similiter omnis superficie *(2)* seu *L* 20–26 nimirum ... separatio a *(1)* partibus reliqvis in communi termino cis *(2)* reliqvo ... initiale | et finale *gestr.* | separationis, *(a)* comm *(b)* incipit *(c)* finit ... donec *(aa)* finale *(bb)* scilicet ... coincidant *erg. L*

a puncto extra corpus ad punctum intra corpus linea duci, quin superficiem illam secet.

(53) Linea est via puncti, ut si punctum mobile sit X, locus ejus successivus erit linea $\overline{X}$.

(54) Superficies erit via lineae $\overline{X}$ vel $L\overline{X}M$, in priora vestigia non incidentis. Poterit designari per; $\overline{\overline{X}}$, vel per $L\overline{\overline{X}}M$.

(55) Corpus est via superficiei in priora vestigia non incidentis. Poterit designari per $\overline{\overline{\overline{X}}}$ vel per $\overline{\overline{L\overline{X}M}}$.

(56) Corpus moveri non potest, quin in priora vestigia incidat et ideo non datur alia dimensio super lineam, superficiem et corpus; scilicet in extenso, nam si praeter molem addatur potentia, ascendi potest in infinitum quod tamen nihil variat in extensione, nec novas figuras producit.

((56)) Extensum est in quo assumi possunt numero indefinita quae situm habent.

(((56))) Ea est *situs* natura, ut omnia quae habent situm ad aliqua habeant etiam situm inter se.

(57) *Punctum* est terminus lineae.

(58) *Linea* est terminus superficiei.

(59) *Superficies* est terminus corporis.

(60) *Punctum* est eorum quae in extenso sunt, seu situm habent minimum seu quod situm habet, extensionem non habet. Adde § 1. 2. 3. 4.

(61) *Spatium* est in quo per se spectato nihil aliud considerari potest quam extensio, ut locus qui manet intra vas, aqua sublata et vino substituto.

((61)) Spatium continuatur in infinitum neque enim ratio finium reddi potest, cum ubique uniforme sit. Spatium autem generale seu locus omnium rerum nihil aliud est quam extensum purum absolutum, seu extensum maximum, ut punctum est minimum.

(62) Omnia puncta sunt in eodem spatio. Seu dari potest corpus quotcunque data puncta comprehendens.

((62)) Puncta quaelibet situm habent inter se.

4 $\overline{\mathrm{X}}$ vel $\mathrm{L\overline{X}M}$ *erg. L* 5 vel per $\overline{\mathrm{L\overline{X}M}}$ *erg. L* 9 si *(1)* potentia addatur *(2)* motus addatur, ascendi potest in infi *(3)* praeter *L* 12–14 ((56)) ... inter se *erg. L* 18 est *(1)* qvod in Extenso est simplicissimum *(2)* eorum *L* 19 situm habet, *(1)* longitudinem *(2)* extensionem non habet. *(a)* Ex hoc seqvuntur *(aa)* § *(bb)* articuli 1. 2. 3. 4 *(b)* Adde *L* 20 est *(1)* extensum absolutum seu maximum, sive qvod extensionem habet situm vero non habet *(2)* in *L* 22–24 ((61)) Spatium *(1)* infinitum est *(2)* continuatur ... minimum *erg. L*

(63) A quolibet puncto ad quolibet duci potest linea.

⟨(63)⟩ Per quolibet puncta numero finita ejusdem corporis continui duci potest linea quae ex illo corpore non egreditur.

(64) Duci potest linea transiens per puncta data quotcunque et evitans puncta data quotcunque. Quod sic demonstro. Sit corpus continens simul omnia puncta data tam attingenda quam evitanda, ex eo eximantur partes continentes puncta evitanda, tam exiguae quantum satis est ne puncta reliqua retinenda seu attingenda laedantur seu simul eximantur; cum ergo exemtis illis partibus, corpus nihilominus maneat continuum, ergo (ex §. 63) in eo per omnia puncta residua attingenda, duci potest linea, eaque in corpore manens, adeoque exemta ex corpore evitans. Quod erat faciendum.

(65) D e t e r m i n a t u m est, quod ex quibusdam suis conditionibus positis non nisi unicum est (adde §. 16. 24. 26). Exempli causa ex datis sitibus $A.B$ (seu ipsius A ad B), $A.C, A.D, A.E$ punctum A dicetur esse determinatum, si impossibile est dari aliud punctum, quod eundem ad puncta B, C, D, E situm habeat. Hoc est si posito $A.B.C.D.E. \simeq F.B.C.D.E.$, sit $A \infty F$, erit A ex istis determinatum idque poterit exprimi: A determ. per $A.B.C.D.E.$ Ita circulus determinatus est plano et centro positione datis et radio magnitudine.

(66) Si punctum A sit determinatum ex suo situ ad aliqua alia puncta, ut B, C, D, E tunc aliquod ex ipsis ut B similiter erit determinatum ex situ suo ad puncta A, C, D, E. Vel si aliquot puncta relationem inter se habeant talem, ut unum ex situ suo ad reliqua determinetur; etiam quodlibet aliud ex situ suo ad reliqua praeter ipsum, determinabitur.

(67) Hinc sufficit relationem determinantem punctorum ita scribere $\overline{A.B.C.D.E}$ Un. seu relationem hanc esse unicam. Quod significat unumquodque horum ex situ suo ad reliqua determinari, seu si posito $A.B.C.D.E. \simeq F.B.C.D.E.$ est $A \infty F$ etiam posito $A.B.C.D.E. \simeq A.G.C.D.E.$ erit $B \infty G$. Et ita porro de C, D, E idem locum habebit.

(68) Si determinantia sint congrua, etiam congrua erunt determinata eodem existente determinandi modo. Adde supr. artic. 24. ex. gr. duo radii circuli, ellipses generantes, duos circulos, sphaeras, sphaeroides.

2 f. ⟨(63)⟩ . . . egreditur *erg. L* 4 (64) *(1)* A puncto qvolibet *(2)* Dat *(3)* Datis qvotcunqve *(4)* Duci *L* 7 f. seu simul eximantur *erg. L* 8 f. continuum, *(1)* et per omnia pu *(2)* in eo *(3)* ergo (ex § 63) *(4)* ergo *L* 9 puncta | in corpore *gestr.* | residua *L* 10 ex corpore *erg. L* 16 f. ita . . . magnitudine *erg. L* 23 seu . . . unicam *erg. L* 26 f. eodem . . . modo *erg. L* 27 f. radii *(1)* generatores duorum circulorum, ita *(2)* circuli, ellipses, generantes *(a)* rotatione circa duos radios, *(b)* duos *L*



[*Fig. 2*]

(69) Imo si idem sit determinandi modus, et determinantia sint aequalia, etiam aequalia erunt determinata; ita superficies cylindrica aequalis erit rectangulo ejusdem cum cylindro altitudinis, si basis rectanguli sit aequalis circumferentiae circuli cylindrum generantis. Nam eodem modo ex ductu rectae in altitudinem generatur rectangulum, quo ex ductu circumferentiae circuli in eandem altitudinem generatur superficies cylindrica.

(70) Falsum est determinata esse proportionalia determinantibus, etiamsi sit idem determinandi modus, nisi determinata sint determinantibus homogenea. Alioqui sequeretur circulos esse inter se ut radios, dato enim centro et radio determinatur circulus.



[*Fig. 3*]

(71) At circulos esse ut quadrata diametrorum, quod multis ambagibus Euclides ostendit libro 12, *Elementorum*, id mihi ex definitione similitudinis primo statim obtutu

3 f. erit *(1)* superficiei sphaericae parallelogrammo *(2)* rectangulo eiusdem *(a)* altitudinis *(b)* cum *L* 6 f. cylindrica *(1)* (70) Si idem sit determinandi modus erunt determinata proportionalia determinantibus, ita statim demonstratur Circulos esse ut quadrata diametrorum *(2)* (70) *L* 8 nisi ... homogenea. *erg. L* 9 radio *(1)* circuli determinatur circumferen *(2)* determinatur *L* 12 libro | 10, *ändert Hrsg.* | elementorum *L*

12 ostendit: EUKLEIDES, *Elementa*, XII, 2.

patet. Nam circulus A cum quadrato circumscripto B constituit figuram similem circulo C cum quadrato circumscripto D, est enim circulus circulo similis, quadratum quadrato simile, et modus applicandi circuli ad quadratum etiam similis utrobique. Ergo ea est ratio A ad B quae C ad D (alioqui in $A.B$ per se spectato observari posset aliquod discriminans a $C.D$ per se spectato; nam subtrahendo A a B, et residuum ab A quoties fieri potest, et residuum secundum a primo residuo rursus quoties fieri potest, et ita porro, discrimen in numeris substractionum possibilium observaretur operando circa figuram $A.B$ ab eo quod eveniret operando circa figuram $C.D$). Ergo invertendo eadem quoque ratio erit A ad C quae B ad D. Quod erat dem. Eadem methodo demonstratur[:]

(72) Omnes superficies esse ut quadrata rectarum determinantium et similiter[:]



[*Fig. 4*]

(73) Sphaeras vel alias figuras solidas similes esse ut cubos rectarum determinantium. Non autem licet dicere circulos A et C esse ut diametros E et F, licet circuli cum diametris suis etiam similes figuras utrobique constituant, cum enim nulla detur ratio circuli (superficiei) ad diametrum (lineam) quia homogenea non sunt, non potest dici esse A ad E, ut C ad F, ergo nec invertendo esse A ad C ut E ad F.

(74) Si determinantia sint similia idemque determinandi modus, etiam determinata erunt similia, adde supra §. 26. Hinc omnes circuli sunt similes inter se, item omnia qua-

2 f. est enim … utrobiqve *erg.* *L* 11 omnes *(1)* figuras similes *(2)* superficies *L* 17 f. qvia … sunt *erg.* *L* 21 adde supra §. 26 *erg.* *L* 21–59,1 qvadrata: *(1)* At parabola parabolae (eo sensu qvo ego similitudinem definivi) similis non est neqve enim modo qvodam in qvo discrimen notari non possit generantur, nec | ulla *erg.* | *(2)* et *L*

drata: et parabola parabolae, et Ellipsis ellipsi similis est, cum latus rectum et tranversum proportionalia. At linea parallela Ellipsi non est Ellipsis, et linea parallela parabolae non est parabola. Quaenam autem lineae parallelae sint, dicemus suo loco.

(75) Si determinantia sint coincidentia idemque determinandi modus, etiam determinata erunt coincidentia. Ita si planum et in eo centrum sint positione data, et radius magnitudine, circulus est determinatus. Si ergo in eodem plano vel in planis opinione duobus re coincidentibus duo circuli esse dicantur quorum radii aequales sint, et reperiatur eorum centra coincidere, ipsi circuli coincident.

(76) Si A sit simile, aequale, congruum, coincidens, ipsi B, et B ipsi C, erit et A ipsi C.

(77) Aequalia possunt substitui in locum aequalium salva aequalitate, seu si aequalibus addas adimasve aequalia, vel aequalia multiplices aut dividas per aequalia, prodeunt aequalia. Illud vero non sequitur, neque ex hoc nostro axiomate demonstrari potest, quaecunque in se ipsa ducta producunt aequalia, sunt inter se aequalia, nam $+3$ et -3 singula per se ipsa multiplicata, producunt 9, quae tamen aequalia non sunt, cum differentia eorum sit 6; non ergo potentiis existentibus aequalibus radices sunt aequales, etsi radicibus existentibus aequalibus potentiae sint aequales.

(78) Coincidentia possunt substitui pro his quibus coincidunt, salvis omnibus, sunt enim revera eadem, et E a d e m definio quae sibi ubique subsituti possunt salva veritate, in propositionibus scilicet quae directae sunt nec in ipsum considerandi modum reflectuntur. Arcus circuli et curva uniformis in plano ubique sibi substitui possunt exceptis propositionibus reflexivis, qualis ista est, si quis dicat: arcus circuli concipi potest, sine ullo respectu ad planum, quanquam si quis rigorosius agere velit, defendi possit haec substitutio etiam in reflexivis.

(79) Si B sit A, et C sit A, et vero B et C coincidant, seu sit $B \infty C$, dicetur esse u n u m A.

(80) Si B sit A, et C sit A, et B non sit C, nec C sit B, dicentur esse d u o A. Sin B sit A, et C sit A et D sit A; et B non sit C neque D et C neque sit B neque D, et D

1 f. ellipsi. *(1)* Hinc etiam *(2)* | similis est, *(a)* nisi aeqvales adeoqve congruae sint *(b)* cum ... At *erg.* | linea *L* 6 f. in eodem ... coincidentibus *erg.* *L* 8 f. coincident *(1)*, idem est si reperiatur et plana et *(2)* (76) *L* 13 neqve ... potest *erg.* *L* 15 singula ... multiplicata *erg.* *L* 17 f. aeqvales. *(1)* (78) *(a)* Cong *(b)* Congrua possunt substitui in coinci *(2)* (78) *L* 20 f. reflectuntur *(1)* ita circulus et planum *(2)* arcus *L* 21 uniformis *(1)* ⟨—⟩ *(2)* in plano *L* 22 dicat: *(1)* circulus *(2)* arcus *L* 25 f. esse *(1)* non nisi *(2)* non duo A, sed *(3)* u n u m *L*

non sit B neque C, dicentur esse t r i a A. Et ita porro. Et universum cum non tantum unum est A, dicuntur esse p l u r a . Atque haec origo est N u m e r o r u m ; et haec ipsa expressio in *Symbolo* Athanasii observatur, quanquam ibi usus ejus huic definitioni videatur contradicere, sed tollitur contradictio distinctione.

3 Athanasii | dicto *gestr.* | observatur *L*

3 expressio in *Symbolo* Athanasii: PSEUDO-ANTHANASIUS, *Interpretatio in symbolum* (*PG* 26, Sp. 1232); vgl. *Notationes generales* (VI, 4 N. 131 S. 552).

14 (40944). DEFINITIONES PER SECTIONEM AUT MOTUM [1682 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 14 Bl. 73–74. 1 Bog. 2°. $2\frac{1}{2}$ S. auf Bl. 74 r°, 74 v° u. 73 r°. Darüber auf Bl. 74 r° N. 15 (40945). Bl. 73 v° leer. — Gedr.: 1. (tlw., mit frz. Übers.) Echeverría / Parmentier, *La caractéristique*, 1995, S. 300–309 (= S. 66 Z. 7 – S. 70 Z. 8 unseres Textes); 2. (span. Teilübers. nach 1.) Mora Charles, *Obras filosóficas y científicas*, Vol. 7B: *Escritos matemáticos*, 2015, S. 505–509.

Datierungsgründe: Vgl. VI, 4 N. 234 [**noch**].

C o i n c i d u n t A et B, si A sit in B, et B sit in A.

C o e x h a u r e n t i a ipsius A, sunt plura B, C, D, si nihil sit in A, quod non sit in aliquo ex ipsis B, C, D.

C o n t i n u u m est A, in quo utcunque sumta bina exhaurentia B et C, habent aliquid commune.

P a r s est D quod est in A et est commune duobus exhaurientibus B et C, ejusdem totius A si possit detrahi ab ipso B, ita ut non addatur ad C, nec tamen aliquid detrahatur ipsi A.

I n c o m m u n i c a n t i a sunt cum neutrius pars alteri inest.

C o i n t e g r a n t i a sunt Exhaurentia quae nullum habent partem communem.

S e c t i o est commune duobus cointegrantibus ejusdem continui, idque alterutrius est Terminus.

14–16 *Dazu am Rand:* Potius p a r s est quod per se solum ab eo cui inest detrahi potest, seu alio sicut non distincto.

9 *(1)* Pun *(2)* Si A sit in *(3)* c o i n c i d u n t *L* 9 f. in A Si B sit in A et inde sequatur B coincidere ipsi A | et situm habeat A *erg.* | erit A punctum *(2)* E x h a u r i e n t i a *(3)* co E x h a u r i e n t i a *L* 13 f. commune. *(1)* C o i n t e g r a n t i a sunt *(2)* P a r s est D | qvod ... et est *erg.* | commune L 15 totius A *(1)* si detractum uni, *(2)* si abjectum ab *(3)* si possit *(a)* abjici *(b)* detrahi *L* 17 i n c o m m u n i c a n t i a ... inest *erg.* *L* **1,22** distincto | Congrua sunt, *(1)* qvorum puncta homologa assignari *(2)* qvibus coinci *(3)* qvorum *(4)* qvae determinata ex iis eodem modo *gestr.*, | *L*

E x t e n s u m est continuum ex coexistentibus.

S i t u s est determinatio ejus quod est in extenso.

S p a t i u m est extensum absolutum, in quo est quicquid extensum est. Itaque omnia duo quaevis extensa per extensum connecti possunt. Et spatium ubique uniforme est adeoque cuilibet extenso congruum ubilibet in eo assumi potest.

P u n c t u m est quod inest extenso, et cui nihil aliud inest, seu quod inest extenso, et non est extensum. Si in extenso sit A, cui insit B [non extensum], et ideo B coincidat ipsi A, dicetur A p u n c t u m.

L a t i t u d i n e m habet extensum cujus sectio aliqua est extensum. Quod si sectio extensi omnis sit punctum, l o n g i t u d i n e m h a b e b i t sine l a t i t u d i n e , idque extensum dicitur L i n e a.

P r o f u n d i t a t e m habet, seu C o r p u s est, in quo inest aliquid quod terminus non est.

C o n g r u a sunt cum assignabilibus quibuscunque in uno, respondentia in alio as-

---

12 f. *Dazu am Rand:* Quod habet longitudinem et latitudinem sed non profunditatem dicitur s u p e r f i c i e s. Hinc terminus corporis seu profundi, cum profundus non sit, est superficies. Ostendendum est sectionem superficiei esse lineam.

1 continuum *(1)* in cujus qvocunqve inexistente punctum inest *(2)* in qvo qvicqvid inest situm habet *(3)* in qvo qvae sunt *(3)* ex *L* 2 est *(1)* rela *(2)* existentia *(3)* determi *(4)* coexistentia *(5)* est relatio *(a)* coexis *(b)* per qvod *(6)* | qvid *nicht gestr.* | in extenso determinatur *(7)* determinatio *L* 3 absolutum, *(1)* seu continuum ex omnibus coëxistentibus *(2)* in *L* 3–6 est. | itaqve omnia *(1)* extensa per exten *(2)* duo ... adeoqve *(a)* qvodlibet extensum *(b)* cuilibet ... potest *erg.* | P u n c t u m est, *(aa)* in qvo *(aaa)* qvicqvid *(bbb)* nihil aliud est praeter ipsum seu in qvicqvid *(aaaa)* est *(bbbb)* idem est, *(bb)* qvod *(aaa)* in extenso *(bbb)* inest *L* 7 extensum *(1)* Si B sit in A, et ideo B coincidat cum A, erit A *(2)* Si *L* 9 habet *(1)* cuius sectio *(2)* continuum *(3)* extensum *L* 12 f. habet, *(1)* cuius pars *(2)* in qvo sumi potest, *(a)* qvod nulli alteri commune est, nisi partem *(aa)* qvod sectio eius communis cum alio esse non potest *(bb)* qvod terminus non est alterius *(cc)* qvod in alio nisi *(dd)* qvod terminus *(ee)* qvod terminus no *(ff)* qvod non ubiqve *(3)* in qvo sumi potest, qvod ab alio incommunicante neqvit attingi seu in qvo pars sumi potest cuius termino nihil inest, qvod insit termino totius. idem dicitur et c o r p u s. *(4)* seu ... aliqvid *(a)* qvod communis cum alio terminus *(b)* qvod nulli alteri incommunicanti inest. *(c)* qvod terminus | alterius incommunicantis *gestr.* | non *L* 14–63,1 sunt *(1)* qvae solo situ ad externa discerni possunt *(2)* cum ... possunt, *(a)* eandem ad ipsa inter se relationem *(b)* eundem *L* **2**,**17** lineam | *(1)* seu superficiem *(2)* seu duas sectiones ejusdem superficiei *(a)* non nisi punctum commune habere posse *(b)* extensum commune habere non posse *(aa)* partem ⟨—⟩ *(bb)* incommunicantes, ⟨—⟩ extensum commune non habere *gestr.* | *L*

signari possunt eundem situm habentia eodem quo illa se modo inter se habentia.

M a g n i t u d o est numerus partium congruentium. Non est autem necesse ut omnes congruant inter se, sed sufficit quaedam congruere quibusdam: Ut si sint duo congruentia, deinde quatuor horum dimidio congruentia, tum octo rursus eorum dimidio.

A e q u a l i a quorum eadem magnitudo.

M i n u s est quod alterius (M a j o r i s) parti aequale est.

H o m o g e n e a sunt quorum alterutrum repetitum excedit alterum. Ostendendum partem esse homogeneam toti. Seu partem esse homogeneum inexistens non exhauriens.

Si spatium in duo coexhaurientia secetur, quorum alterum sit finitum, id erit corpus. Hoc poterit ex priori definitione corporis demonstrari, nam duorum coexhaurientium unum habet quod in altero non est. Est ergo in finito coexhauriente, quod in altero non est, ergo quod terminus non est.

Superficies tota est terminus respectu corporis. Sed tamen respectu alterius superficiei terminum habet. Similiter linea est tota terminus respectu superficiei, sed tamen respectu alterius lineae terminum habet. Corpus autem et superficies hoc habent quod ab alio corpore, vel alia superficie disterminantur per a m b i t u m seu continuum omnem terminum continens. Et habent aliquid praeter hunc terminum adeoque f i g u r a e dicuntur. Itaque a m b i t u s est terminus continuus totus ab homogeneo separans. F i g u r a est extensum quod ambitum habet. C o r p u s seu s o l i d u m est extensum clausum absolute. F i g u r a est extensum clausum respectu compartis cointegrantis. Itaque et superficiem includit. S u p e r f i c i e s est figura terminans. Linea est extensum terminans, quod figura non est. Corpus habet profunditatem, quia est aliquid in ipso quod terminus non est. Superficies habet latitudinem, quia extenso secari potest, profunditatem non habet. Linea habet solam longitudinem, cum enim ambitu careat, etiam pars ejus ambitu carebit, ergo secari non potest per ambitum seu per extensum. Tantum ostendendum esset, quaecunque habent latitudinem, seu extenso secari possunt, nec tamen habent profunditatem esse homogenea inter se. Ita constabit iterum esse tres solum dimensiones.

2–4 Non . . . dimidio *erg. L* 9 spatium | absolutum *gestr.* | in duo *(1)* exhaurientia *(2)* coexhaurientia *L* 10 nam *(1)* duorum *(2)* duo exhaurientia habent al *(3)* duorum *L* 11 finito *(1)* exhauriente *(2)* coexhauriente *L* 12 f. est. *(1)* | Si *nicht gestr.* | plura *(a)* corpus *(b)* corpora exhauriant, duorum *(2)* Ambitus est totus terminus continuus cum alio communis *(3)* Superficies *L* 20 clausum *(1)* res *(2)* erga id cum qvo alterius partem constituit *(2)* respectu *(a)* comp *(b)* cointeg *(c)* compartis *L* 24 longitudinem, *(1)* qvia enim extenso secari *(2)* cum *L*

Planum est sectio corporis in duas partes congruas. (Seu quod potest esse sectio communis duobus corporibus congruis inter se.) Recta est sectio plani in duas partes congruas.

Rectius: Planum est Sectio corporis utrinque in secando se habens eodem modo. Et Recta est sectio plani utrinque in secando se habens eodem modo. Unde sequitur corporis interminati sectionem utrinque eodem modo habentem esse planum, quia tunc praeter ipsam sectionem nihil designatum est. Et si corpus in partes duas congruas secetur sectionem esse planum, quia id quod praeter sectionem designatum, est utrobique eodem modo, et sectio nullam attulit differentiam (alioqui non essent congrua). Ergo sectio utrinque eodem modo se habuit in secando.

Agemus autem initio de iis quae in plano fiunt.



[*Fig. 1*]

---

4 *Dazu am Rand:* NB.

1 sectio *(1)* solidi *(a)* utrinqve se habens eodem *(b)*, qvatenus si nulla ad terminum relatio fiat in duas partes utrinqve *(c)* utrinqve *(2)* corporis *L* 4 Rectius: *erg. L* 9 nullam *(1)* varietatem *(2)* attulit differentiam *(a)* manent *(b)* ergo omnia utrinqve eodem mo *(c)* (alioqvi *L* 11–65,1 fiunt *(1)*



(a) Si A *(b)* si eo in qvo *(b)* in recta congruunt AB et BA, seu si regulam examinare | velimus *nicht gestr.* | *(2)* recta *L*

Recta CD congruit sibi, si D transferas in C et vicissim. Itaque si ope regulae CD lineam ducas $(C)(D)$ et deinde regulam transferas, C in (D) et D in (C) si regula congruet lineae, ait Clavius in scholio ad def. rectae apud Euclidem, dubitari non debere, quin regula sit recta.



[*Fig. 2*]

Sed dico hoc signum non esse indubitatum nam et arcus circularis hoc habet. Si enim lineam ducas secundum arcum EF, congruet ei arcus FE translato F in E, et E in F.

[*Fig. 3*]

Imo et posset regula falsa, constare ex duabus rectis, ut CGD, modo utrinque se eodem modo habentibus, posset esse arcus Ellipsis, vel alia curva, et tamen satisfaceret. Illud itaque addendum est, ut non possit collocari quin congruat, sed CGD, et $(D)(G)C$ potest non congruere. Hinc patet non se habere utrinque eodem modo in plano. Nam CGD se aliter habet ad ea quae supra quam quae infra.

2 ducas *(1)* D et C transferasqve D in *(2)* inde regulam *(3)* transferasqve C in (D) et *(4)* (C)(D) et *L* 8–10 in F. *(1)* Tunc ergo signum est indubitatum, cum *(2)* imo *L*

3 ait: CLAVIUS, *Opera* I, S. 14.



[*Fig. 4*]

Et quia conversio dextri cum sinistro non sufficit sed sola inferioris cum superiori sufficit, et ex definitione nostra rectae sequitur prior rectius omittetur.

Ex nostra definitione rectae ostendendum rectam in ea moveri posse utcunque. Talis erit quae fit descriptione rectae per rectas.

Planum est superficies minima omnium ejusdem ambitus.

Videamus annon commodius sit Motum adhibere, quam sectiones; cum revera sectiones sint moti generantis vestigia. Et ita poterimus nihilominus abstinere a consideratione similitudinis; adhibita sola consideratione congruentiae.

Linea est extensum quod describitur motu puncti.

Recta est linea eodem modo se habens ad duo puncta in eodem plano. Sed ita supponitur planum.

Spatium est locus cujuscunque puncti eodem modo se habentis ad A. ut ad A. id est spatium est locus omnium punctorum.

Planum est locus cujuscunque puncti eodem modo se habentis ad A, quo ad B. Hoc demonstratur ex definitione plani per sectionem corporis.

Recta est locus cujuscunque puncti eodem modo se habentis ad A, quo se habet ad B et quo se habet ad C. Hoc itidem demonstrari potest ex definitione rectae per sectionem plani. Pertinetque ad doctrinam de solidis.

Punctum est locus cujuscunque puncti eodem modo se habentis ad A, ad B, ad

9 f. congruentiae *(1)* spatium est cui omne extensum *(2)* Linea *L* 13 locus *(1)* omnium punctorum eodem modo se habentium *(2)* cujuscunqve *L* 15 locus *(1)* omnium punctorum eodem modo se habentium *(2)* cujuscunqve *L* 17 locus *(1)* omnium punctorum *(2)* cujuscunqve *L* 18 f. Hoc ... solidis *erg.* *L*

C et ad *D*. Id enim est unicum, sive determinatum, seu quatuor sphaerarum aequalium circa *A*, *B*, *C* et *D* descriptarum superficies se secant in eodem puncto, quaecunque assumatur magnitudo sphaerarum. Videndum an idem sit in sphaeris inaequalibus, si proportione augeantur. Quoad aequales sphaeras patet hoc punctum esse ipsum centrum sphaerae per 4 puncta *A*, *B*, *C*, *D* transeuntis. Ut in plano omnes circuli aequales circa tria puncta descripti secant se in centro circuli per tria illa puncta transeuntis.



[*Fig. 5*]

Videndum an omnes circuli inaequales ex datis tribus punctis descripti possint se secare in eodem puncto, id enim punctum tantum assumatur pro arbitrio. Si jam proportione eadem augeantur omnes circuli; necesse est figuram posteriorem esse similem priori quod non video quomodo fieri possit, idem maneat punctum intersectionis. Quod si enim dicamus id esse nullum, non erit figura posterior similis priori. Et ita video esse nempe rem non succedere, nisi et distantiae punctorum *A*, *B*, *C*, eadem proportione augeantur, qua aucti sunt radii circulorum. Idem de sphaeris.

Spatium est continuum in ordine coexistendi, secundum quem data relatione praesente coexistendi, et lege mutationis; definiri potest relatio coexistendi ad tempus datum. Est igitur continuum non rerum, sed ordinis, ita ut cuivis suus in ordine locus ad datum tempus possit assignari.

2 puncto, *(1)* qvicunqve assumatur radius sph *(2)* qvaecunqve *L* 15 est *(1)* extensum continuum secundum ordinem existendi *(2)* continuum *L* 15 f. praesente *(1)* coexistentium *(2)* coexistendi *L*

4 f. hoc punctum ... transeuntis: Vgl. M. Mersenne, *Universae geometriae mixtaeque mathematicae synopsis*, 1644, S. 384 f. u. P. de Fermat, *Varia opera*, 1679, S. 74 f. (*FO* I S. 52–54). 5 f. Ut ... transeuntis: Vgl. Eukleides, *Elementa*, IV, 5; Fr. Viète, *Apollonius Gallus*, 1600, probl. I, Bl. 1 v° (*VO* S. 325 f.); Clavius, *Opera* I, S. 153.

Itaque breviter Spatium est continuum in ordine coexistendi, ita ut in eo quid cuique, ad datum tempus respondeat (seu locus) possit ex datis sufficientibus assignari.

Extensum est continuum in spatio ordinatum.

Spatium sepositis limitibus ubique eodem modo se habet.

Omnia extensa sunt in eodem extenso finito.

Situs est relatio unius ad aliud secundum locum.

Motus est mutatio situs continua.

Si spatium duo coexhauriant, eorumque alterum sit finitum, id dicetur corpus seu solidum et quae ipsi cum reliquo commune est, sectio vel pars ejus, erit superficies. Si superficies dicatur commune duobus cointegrantibus ejusdem corporis, objici potest de composito ex duobus globis se in puncto tangentibus vel duobus corporibus per communem aciem conjunctis, quae an revera sint unum corpus dubitari potest; seu an corpus trajici possit ab eo quod non nisi punctum cum eo commune habet. Ubi explicandum quid sit trajici. Nempe si trajiciens amoveri non possit, nisi secando. Quod secus est in tangente. Linea proprie non trajicitur, sed superficies et corpus trajici possunt. Linea potest a linea statim amoveri, quod fit in tangentibus. At quod trajicit, etiamsi non nisi punctum commune habeat, (ut recta per superficiem transiens) statim amoveri non potest.

Videndum an ut in calculo Algebraico universalis est demonstratio abstrahendo animum a signis plus et minus; ita idem fieri possit in speciosa situs, ne opus sit casibus diversis ut apud Euclidem.

Videndum an non rectam per congruentias definire liceat, sine plani consideratione, ex eo quod omnia ejus latera eodem modo se habent:

17–19 *Dazu am Rand:* NB.

1–3 itaqve ... assignari *erg. L* 4 f. continuum *(1)* in spatio *(2)* spatio congruens *(3)* in spatio ordinatum. *(a)* Spatium per se ubiqve eodem modo se habet, et qvaecunqve extensa coexistunt, sunt in eodem continuo finito *(b)* Spatium *L* 8 f. continua *(1)* planum est se *(2)* Si *L* 10 est, *(1)* erit *(2)* sectio *(a)* erit superficies *(b)* vel *L* 10 superficies *(1)* superficies est commune duobus corpor *(2)* si *L* 12 ex *(1)* duabus par *(2)* duobus *(a)* conis sibi *(b)* globis *L*



[*Fig. 6*]

Nempe sit recta AB, et eam in punctis duobus A et B attingat extensum quodcunque ACB, et aliud ei congruens et respondenter positum AKB, ita ut duo puncta A et B se congruenter habeant ad ACB et ad AKB, dico et aliud quodvis rectae punctum D se congruenter habere ad ACB et ad AKB, veluti si C et et K sibi respondeant erit $C.D \infty D.K$ seu extensum quod poni potest inter C et D, etiam poni poterit inter K et D. Haec autem intelligenda sunt, etsi duo illa extensa ACB, et AKB, non sint in eodem plano; res enim universaliter vera est.

In iis quae affert Clavius, ex Proclo potissimum ad ostendendum duas rectas non habere segmentum commune, nec spatium comprehendere, quaedam desidero. Nempe supponit illas duas rectas esse in eodem plano, quod necesse esse, nuspiam demonstravit. Quemadmodum etiam passim cum superpositionibus utuntur supponitur duo plana congruere quorum ambitus congruunt; quod in gibbis non est.



[*Fig. 7*]

13 qvorum *(1)* termi *(2)* ambitus *L*

9 affert: Vgl. Clavius, *Opera* I, S. 24–26. Leibniz hat in seinem Handexemplar, Chr. Clavius, *Euclidis elementorum libri XV*, 1607, S. 28–30, Anstreichungen und Anmerkungen hinzugefügt.

Ex nostra definitione sequitur duas rectas non habere segmentum commune; nec spatium claudere. Nempe segmentum *AB* commune sit rectis *BC* et *BD*; cum rectam *ABC* attingat *BD* poterit assumi *BE* recta ipsi *BD* congruens et congruenter posita ad *ABC*, congruunt ergo *A.B.C.D* et *A.B.C.E*. Similiter cum rectam *ABC* attingat recta *BC* poterit assumi *BF* recta ipsi *BC* congruens et congruenter posita ad *ABD*. Congruunt ergo *A.B.D.C* et *A.B.D.F*. Ergo congruunt *ABCE*, *ABCD*, *ABFD* et similiter tractari potest recta *ABE*, semper enim invenietur nova, et similiter ad *BE*. Praestat prius generari planum, et in hoc quaesitum ostendi.

2 Nempe sit *(1)* recta AB, *(2)* segmentum *L* 2 et BD; *(1)* erit BC ipsi BD congruum et congruenter positum |ad AB *erg.*|, vel *(a)* poterit aliud assumi, *(b)* poterit assumi BE, congruens et congruenter sed ipsi poterit *(2)* cum *L* 6 congruunt *(1)* ABEC, ABCD, ABDF *(2)* ABCE, ABCD, ABFD *(a)* ergo et ABCDE et *(b)* jam si congruentibus ABCD et ABFD addatur respondenter ABCE, fietqve congruentia *(aa)* ABC *(bb)* AABBCC *(2)* et *L*

15 (40945). EUCLIDIS OPUS DE DIVISIONIBUS [1682 (?)]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 I 14 Bl. 73–74. 1 Bog. 2°. 9 Z. auf Bl. 74 r° oben. Darunter und auf Bl. 74 v° u. 73 r° N. 14 (40944). Bl. 73 v° leer.

Datierungsgründe: Vgl. VI, 4 N. 234 sowie N. 39571 (39571) [**noch**].

Inter Euclidis opera recensetur Opus de divisionibus, quod nonnulli esse suspicantur libellum illum acutissimum *de superficierum divisionibus* Mahumeti Bagdedino ascriptum, qui nuper Joh. Dee Londinensis, et Federici Commandini Urbinatis opera in lucem est editus. Ita Clavius in prolegomenis ad Euclidem.

Ex elementorum libris 13 priores omnium consensu sunt Euclidis, posteriores vero duo a nonnullis Hypsiclis Alexandrini esse creduntur. Ibid. Quaedam propositiones Mathematicae non videntur commode demonstrari posse nisi per scientificam quandam inductionem. Ex. gr. quod in omni corpore regulari ejusdem sphaerae majore existente corpore major etiam sit superficies, sed minus latus.

6 divisionibus *(1)* qvod qvidam putant esse *(2)* qvod *L*

7 libellum: Muḥammad al Baġdādī, *De superficierum divisionibus*, 1570. 9 in prolegomenis: Vgl. Clavius, *Opera* I, S. 6. 11 Ibid.: *a. a. O.*, S. 8. 13 f. quod ... latus: Vgl. *a. a. O.*, S. 633 f.

16 (40982). DE CALCULO SITUUM
[Dezember 1715 – 10. August 1716]

Überlieferung: *l* Reinschrift in der Hand von A.-T. Overbeck: LH 35 I 15 Bl. 1–8. 4 Bog. 4°. 8 S. Rückseiten leer. — Gedr.: Couturat, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 548–556.

Datierungsgründe: Vgl. H.-J. Höppner, *Zur Datierung des Stückes ‚De Calculo situum'*, in: *Studia Leibnitiana*, II/3, 1970, S. 233–235.

De Calculo Situum.

§ 1. Ut in Calculo Magnitudinum cum ipsas Magnitudines formamus dum addimus, multiplicamus, in se ducimus et horum reciproca peragimus, tum etiam conferimus per rationes, aliasve relationes progressiones ac denique Majoritates, Minoritates et Aequationes. Ita in Situ formamus Extensa per Sectiones et Motus, deinde conferimus, spectamusque in eis praeter Magnitudines Similitudinem, Congruentiam (ubi concurrunt Aequalitas et Similitudo) Coincidentiam, adeoque Determinationem. Determinatum enim est cui aliquid, iisdem positis conditionibus, coincidere debet.

§ 2. Et ut doctrina Magnitudinis sua habet Axiomata, veluti Totum sua parte majus est. Quod majus est majore majus est minore. Si aequalibus aequalia addas proveniunt aequalia, aliaque id genus. Ita Doctrina Situs Axiomata propria habet qualia sunt:

Si Similitudo, Congruentia, Coincidentia sint in Determinantibus, esse etiam in determinatis, et vicissim, si ea sint in Determinatis erunt quoque in Determinantibus simplicissimis.

Exempli causa. Ponamus non nisi unicam Rectam a puncto ad punctum duci posse, sequetur omnes Rectas esse inter se similes, quia ad determinandam Rectam ab A. ad B. nihil aliud opus est quam assumi A, B. et ad aliam LM, saltem assumi situm punctorum L, M. Situs vero duorum punctorum situi aliorum duorum semper similis est quia nihil differentiae praeter solam magnitudinem distantiae totius assignari potest, sed magnitudo jam est aliquid ad tertium relatum. Non tamen Situs punctorum duorum Situi punctorum aliorum duorum plane congruus erit nisi ita ponantur ut quodlibet Extensum continuum quod applicari potest inter Terminos unius situs possit etiam applicari inter Terminos situs alterius.

Similia vero sunt quae ambo seorsim spectata sunt indiscernibilia ita ut nihil sumi possit in uno cui simile sumi nequeat in altero, abstrahendo ubique ab aliqua determinata Magnitudine nisi excipias magnitudinem Angulorum, quae ad doctrinam situum, non vero ad doctrinam Magnitudinum referri debet.

Cum ergo probaverimus omnes situs binorum punctorum esse similes, etiam determinata, seu omnes Lineae Rectae erunt Similes.

§ 3. Contra non omnia Triangula per situm trium punctorum determinata sunt similia inter se.



[*Fig. 1*]

Neque enim ABC similiter se habent ut LMN. Potest enim Distantia AB ad Distantiam BC aliam rationem habere quam Distantia LM ad distantiam MN, ita ut in determinantibus sit dissimilitudo. Ex quo patet etiam in duabus Rectis lineis tria puncta tribus aliis dissimiliter sita eligi posse.

Nam similitudo a determinato reciproce tantum valet ad pure determinantia, non etiam ad ea quae sunt plus quam determinantia.

Sic, etiamsi Circulus determinetur per tria puncta peripheriae data, et omnes Circulos inter se similes esse minime sit negandum, tamen hic Consequentia non valet a determinatorum similitudine ad determinantium similitudinem, quia Peripheriae tria puncta data plus determinant, quam ipsum Circulum, scilicet etiam certum Angulum in segmento, et tres partes peripheriae determinatam ad totum Circulum rationem habentes.

At contra si Circuli duo determinentur per datas duas Chordas et per aequales Angulos in segmentis super Chordas factis, tum demum Circuli non solum similes erunt, sed etiam similiter determinati. Hic autem quaestio nec de tali quidem determinatione est, sed saltem de primis et simplicissimis determinantibus, quae ubi determinata fiunt similia, etiam similia esse debent.

Si vero contingeret, dissimilia determinantia nihilominus dare similia determinata, id ipsum certo indicio est hanc determinationem non esse simplicissimam, sed aliam dari simpliciorem.

§ 4. Uti Magnitudinum Logisticam seu Mathesin generalem ad calculum reducimus, utimurque imprimis rationibus et aequationibus, ita calculus quidam in situ institui potest per similitudines et congruentias.

Literae autem in Calculo Magnitudinis designare solent ipsas Magnitudines. In Calculo Situs possunt designare puncta et loca. Hinc si $Y.A. \simeq B.A.$ locus omnium Y est superficies Sphaerae.

In hac Consignatione $B.A.$ significat situm puncti $B.$ ad punctum A, sed $\simeq$ est signum congruitatis. Sensus ergo illius Consignationis talis est. Quodlibet indeterminatum Y eum situm habere ad punctum determinatum A quem habet B ad $A.$ unde intelligitur ipsum B quoque inter ea Y seu in eadem superficie sphaerae esse. Sed si posuissem $Y.A. \simeq B.C.$ non opus fuerit B in superficie sphaerae poni. Sed jam maneat $Y.A. \simeq B.A.$

§ 5. Jam posita alia adhuc sphaera $ZL. \simeq ML.$ et considerando has duas superficies sphaericas se intersecare et loca communium concursuum vocari V; unumquodque $V.$ erit simul $Y.$ et $Z.$ ut scribere possim $V.A. \simeq BA$ et $V.L. \simeq ML.$ Potest autem B assumi coincidens ipsi M (quod ita signatur $B \infty M$) quod vocetur $F.$ determinatum ex ipsis $V.$ fietque $V.A. \simeq F.A.$ et $V.L. \simeq F.L.$ unde componendo fit $V.A.L. \simeq F.A.L.$ unde sequitur, Lineam in qua se secant duae superficies sphaericae ejus esse naturae ut quodvis ejus punctum V habeat ad duo data $A.L.$ situm eundem quem constans $F.$ (quae proinde una est ex ipsis V) ad eadem puncta $A.L.$

§ 6. Idem etiam sic enuntiari poterat:



[*Fig. 2*]

Quodvis extensum $A.G.L.$ cujus duo puncta $A.$ et $L.$ quiescunt, motu suo talem

22 Qvodvis | punctum *ändert Hrsg.* | A.G.L. *l*

lineam $V.V.V.$ describet qualem formant duae superficies sphaericae sua intersectione, id est Circularem, quia cum Extensum ponatur rigidum adeoque punctum quodvis ut G. suum situm servet ad puncta A. L. durante motu extensi continuo quiescentia, inde quodlibet Vestigium ipsius G. circumvoluti situm eundem ad duo puncta fixa A. et L. retinebit non aliter ac supra scripsimus $V.A.L \simeq F.A.L.$

§ 7. Puncta vero quaevis quae dicto Motu durante una cum punctis A et L quiescunt, eo ipso quia quiescunt, oportet esse situs sui ad A. et L. unica. Nam si moverentur pluribus locis eundem situm ad A et L. exhibere possent, siquidem omnia eorum vestigia eundem situm ad A. et L. haberent. Jam vero ea puncta sunt sua ipsorum vestigia, id est describent Circulos indefinite parvos sive evanescentes in puncta. Ita prodit Linea Recta cujus Expressio haec erit. Posito puncto quovis ejus indeterminato R. dicetur $R.A.L$. Unicum seu si $R.AL \simeq (R)A.L$ erit $R \infty (R)$.



[*Fig. 3*]

§ 8. Hinc patet duas Rectas non transire per eadem duo puncta ut ABC et ABS. Nam si in Rotatione Plani punctis A. et B. fixis totum planum moveatur, illa rotatio efficiet ut quicquid semel fuit altero superius seu propius externo initio rotationis id facie versa fiat postea inferius seu remotius ab initio rotationis externo. At, si tam Lineae ASB quam ACB essent Rectae, facta rotatione ad Fixa puncta A. et B. oporteret ambas quiescere ex natura Lineae Rectae modo ostensa. Si ambae quiescerent, S semper maneret supra extensum ABC et nunquam caderet infra, quod est contra Naturam Rotationis.

§ 9. Hinc statim colligimus Rectas inter se similes esse, habere partem toti similem, quin etiam Rectam Lineam esse simplicissimam, cum nihil aliud quam extrema ad totam suam determinationem requirat, adeoque et minimam inter extrema, et pro distantia punctorum in posterum sumi posse. Pro distantia sumetur, quia Terminis immotis, distantiam Terminorum oportet esse immotam. Si ergo alia Linea inter A. et B. praeter Rectam assumeretur pro distantia, etiam illa punctis A. et B. Fixis in rotatione Plani maneret immota, preater Rectam AB. etiam immotam in eadem rotatione per § 7. Ergo darentur duae diversae Lineae simul immotae in hac rotatione, quod absurdum per § 7.

Brevissima erit, quia si alia brevior ab A. ad B. pertingit, Linea seu extensum assequetur distantiam se ipso majorem quod absurdum.



[*Fig. 4*]

Si alia aequalis datur, ut si esset ASB non quidem Recta, aequalis tamen rectae ABC, oporteret distantias $AS+SB$. non esse majores quam AB. quia non possunt esse majores conterminis curvis $AS+SB$ (quae ponuntur ipsi AB aequales) ex natura brevissimi.

Sed Euclides demonstravit esse $AS+SB$ majores quam AB. nullis principiis huic (Brevissima duo inter eosdem terminos non dantur) innitentibus implicite assumtis, sed ex puris angulorum sitibus ratiocinando. Ergo patet quoque nostri asserti veritas, quod duo brevissima inter eosdem Terminos non dentur.

§ 10. Fortasse tamen illud Euclideum ex paucioribus etiam demonstrari potest. Scilicet[:]

Dissimiles Arcus in eodem Circulo a Chordis aequalibus abscindi nequeunt. Id quod ex natura similium per se constare censendum est.



[*Fig. 5*]

Itaque Diametrus AB major est Chorda AD. Nam Chorda AD abscindit Arcum dissimilem dimidio Circuli AB (alias ab A ad B rediret contra § 8). Ergo per positum principium non erit $AD = AB$. Sed nec $AD \sqcap AB$, quia $CA + CD = AB$ duplum Radii duplo Radii. Ergo hoc pacto esset $AD \sqcap CA + CD$ Brevissimum majus altero iisdem Terminis interjecto quod absurdum. Cum ergo Chorda AD nec aequalis sit Diametro nec major, patet Diametrum quavis Chorda majorem esse.



[*Fig. 6*]

Hinc sequitur tertium Trianguli Isoscelis AMN duo latera tertio sunt majora. Nam Circulum Centro A, per M et N ducendo $AM+AN$ aequantur Diametro seu duplo Radii sed MN modo fiet Chorda ejus Circuli. Ergo ut paulo ante probatum $AM+AN \sqcap MN$.



[*Fig. 7*]

Denique Dico in quocunque Triangulo duo latera reliquo esse majora $DE+DF \sqcap EF$. Nam abscindo $DX = DE$, Ergo $DE+DX \sqcap EX$, ut de Triangulo Isoscele ostensum. Addo utrinque XF. Ergo $DE+DX+XF \sqcap EX+XF$. Id est $DE+DF \sqcap EX+XF$ (**ℵ**).

Aut igitur $DE+DF$ minus erit brevissimo EF, quod absurdum per § 9. aut aequale (et sic per ea quae ad literam **ℵ** probavi erit $EF \sqcap EX+XF$ Brevissimum alio cointerjecto absurdum) aut denique $DE+DF$ majus erit quam EF quod erat demonstrandum.



[*Fig. 8*]

§ 11. Ut Linea Recta est locus omnium punctorum sui situs ad duo puncta unicorum, ita Planum est locus omnium punctorum sui situs ad tria puncta unicorum, unde patet, etiam assumtis duabus rectis se intersecantibus haberi Planum. Esto enim Recta per A. L. et alia per A. M. Habemus tria puncta A. L. M. nec tantum determinata sunt puncta omnia Rectae per AL et omnia Rectae per AM sed et omnes distantiae a quovis puncto unius Rectae ad quodvis punctum alterius rectae, adeoque quodvis punctum in quavis harum distantiarum (quae etiam sunt Lineae Rectae) determinatum est seu sui situs ad $A.L.M.$ unicum.

§ 12. Jam Rectae per $A.L.$ omnia puncta vocentur Y et Rectae per $A.M.$ omnia puncta appellentur Z. erit ita $A.L.Y.$ unicum et $A.M.Z.$ unicum. Ex ipsis Y unum sit H, et ex ipsis Z unum sit N erit $A.L.H.$ unicum et $A.M.N.$ unicum. Sumatur alius locus cujus quodvis punctum V sit unicum sui situs ad $H.N.$ Sed ipsum $H.$ est unicum ad $A.L.$ et ipsum $N.$ est unicum ad $A.M.$ Ergo $V.$ erit unicum ad $A.L.A.M.$ Nam in Determinationibus pro Determinato substitui possunt Determinantia. Cum ergo sit $V.$ ad $A.L.A.M.$ unicum et repetitio ejusdem $A.$ supervacanea sit, saltem inde inferetur esse $V.$ ad $A.L.M.$ unicum. Id est omnia puncta $V.$ esse in eodem plano cum $A.L.M.$ quia Planum est locus omnium punctorum sui situs ad tria puncta Fixa Unicorum.

§ 13. Sequetur etiam Duo Plana sese secare in Linea Recta. Sit $X.$ Unicum ad $A.B.C.$ et $Y.$ unicum ad $L.M.N.$ Puncta vero utriusque Plani communia omnia vocentur $Z.$ ita ut puncta Z sint unica sui situs tam ad $A.B.C.$ quam ad $L.M.N.$ Ergo omnia Z tam $X.$ erunt quam $Y.$ Producantur Distantiae $LM.LN.$ et $MN.$ dum Plano per $A.B.C.$ occurrat in $\lambda.$ $\mu.$ et $\nu.$ quod fieri necesse est quia planum quodvis secat totum spatium et sectio communis procedit in Infinitum. Item, omnis Recta procedet in infinitum. Necesse igitur est ut ad aliud Planum seu ad sectionem communem perveniat.

§ 14. Sed ne moveatur objectio, forsan unam inter Distantias $L.M.N.$ esse sectioni Parallelam, duo nobis puncta $\lambda.$ et $\nu.$ sufficiunt. Quodsi vero omnia tria in sectionem cadant nihilominus ex duobus eorum determinatis determinatum erit tertium, alioqui si tria essent indeterminata inter se determinarent Planum in ipsa intersectione Planorum, quod absurdum, quia sic ipsa quoque intersectio Planum foret. Itaque fiet $Z.\lambda.\nu.$ unicum id est omnia puncta $Z.$ cadent in Lineam Rectam. Hinc quia duae Rectae se mutuo non nisi in unico puncto secare possunt, trium Planorum Intersectio punctum erit.

§ 15. Videndum etiam quid fiat, si tres superficies sphaericae se secent, ubi locus Intersectionis extensum esse nequit. Neque enim duarum Linearum sectio Extensum est. Facile autem ostendi potest, per duo puncta innumeros transire circulos, etsi possit etiam aliquando Ciculus circulum attingere saltem in uno puncto, etiam tum, quando non sunt in eodem Plano, etsi se non tangant. Circulum vero ex tribus punctis determinari

26 f. Hinc . . . erit: Die Schlussfolgerung setzt voraus, dass die beiden Geraden nicht zusammenfallen. Ist dies jedoch der Fall, bildet diese Gerade den Schnitt der drei Ebenen.

manifestum est.



[*Fig. 9*]

Nam ex duobus punctis A. et B. determinatur Recta cujus omnia puncta ad duo puncta haec se habent eodem modo, inter quae etiam est Centrum Circuli. Similis locus punctorum ad B et C eodem modo se habentium (inter quae idem Centrum esse debet) extat in Recta punctis B et C. determinata. Ergo Centrum Circuli est in ambabus iis Rectis, id est in earum Intersectione sive: Ergo intersectio ambarum Rectarum est punctum ejusdem relationis ad ($B.C.B.A$. et cum B repetere supervacaneum sit ad) $B.C.A$. quod punctum omnino debet esse Centrum Circuli per $A.B.C$.



[*Fig. 10*]

Sed nos supra definivimus Circumferentiam Circuli, locum punctorum eodem modo se habentium ad duo puncta Fixa. Hinc Circulus erit Locus punctorum eodem modo se habentium ad quodvis punctum X. Rectae per AB, determinatae substituendo pro Determinantibus.

§ 16. Sumantur tria puncta in Circumferentia hujus Circuli et Planum per ea transiens, cui occurrat Recta per AB. in Puncto quod sit C. Ergo Circumferentia est locus punctorum eodem modo se habentium ad C. ostendendumque erit omnia puncta Peripheriae cadere in hoc Planum per tria puncta Peripheriae ipsius ductum. Quod fiet si ostendatur Planum esse locum omnium punctorum ad duo quaedam puncta eodem modo se habentium. Rectam vero esse locum omnium punctorum eodem modo se habentium ad tria quaedam puncta.

5 f. debet) | extrat *ändert Hrsg.* | in *l*

[*Fig. 11*]



[*Fig. 12*]

Sint puncta A. B. C. Duarum jam quarumcunque Sphaerarum circa A et circa B. intersectiones, cadent in Planum. Idem est de duabus quibuscunque sphaeris circa A et C. Inde, quia hoc sufficit ad determinandum, Consequens est, Planum ex intersectionibus sphaerarum circa A et B et Planum ex intersectionibus sphaerarum circa B. et C. aut circa A. et C. eandem determinare Rectam ad quaevis puncta hujus Plani eodem modo se habentem; ad quae illisio Rectae in illud planum eodem modo se habet.

§ 17. In Plano quoque possumus concipere Rectam ut locum omnium punctorum eodem modo se habentium ad duo tantum puncta A. et B. Adeoque omnes Circumferentiae aequales circa A. et B. se secabunt in hoc loco seu in hac Linea Recta. Hic modus locum determinandi diversus est a priore. Aliud enim est dicere, locum omnium punctorum eodem modo se habentium ad duo puncta A. et B. esse Rectam. Aliud locum omnium punctorum eodem modo se habentium ad A. ut ad B. esse Planum. Nam prior proprietas sic exprimitur: $A.B.C. \simeq A.B.Y.$ in solido. Locus omnium Y. Recta sed posterior proprietas sic exprimitur: $A.Y. \simeq B.Y.$ erit locus omnium Y. Planum. Sed, si omnia Y. sint in eodem Plano cum AB et inter se posito $A.Y \simeq B.Y.$ erit locus omnium Y. Linea Recta.

Ex $A.B.C. \simeq A.B.Y.$ sequitur $A.C. \simeq A.Y.$ et $B.C. \simeq B.Y.$ unde constat Y. cadere in Sphaeram Centro A. Radio AC. et in Sphaeram centro B. radio $B.C$.

§ 18. Ex Contactibus etiam Sphaerarum in uno puncto sequitur dari locum Unicorum ad duo puncta, vel vicissim ex hoc sequitur Contactus Sphaerarum in uno puncto. Idem est in Plano de Contactibus Circulorum.



[*Fig. 13*]

$FA \simeq FB \simeq LA \simeq LB$. sic $GA \simeq GB \simeq MA \simeq MB$. Nempe circulus centro A radio AE descriptus cum sit E infra Rectam et A. supra Rectam, secabit eam bis in F et L, quae sectionum puncta sibi continuo appropinquant, F. transeundo in G. H. etc.: et L in M. N. etc.: Ubi autem sibi occurrent, ibi in unum coalescent in D. eritque ibi duorum Circulorum Contactus. Hinc si A et B sint ea ad quae omne punctum rectae FL eodem modo se habet, erit D sui situs ad ea unicum et in Rectam per $A.B$. cadet. Videtur etiam sequi has Rectas se non nisi in uno puncto secare.

17 (41009). DE ANGULIS LINEARUM PLANE NOVA
5. Juni 1683

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 19 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 S.

26 Maji 1683

De Angulis Linearum plane nova

Curvarum linearum naturam nondum satis explicatam haberi indicio est, quod nondum regula habetur ex qua cognoscatur an duo arcus sibi occurrentes, angulum faciant, an vero unam curvam componant.

Neque enim unitas curvae sumi potest ex uniformitate generationis, nam possunt excogitari motus eandem semper legem servantes, in quibus punctum aliquod describens duarum diversum curvarum arcus successive efficit angulumque suo motu facit.



[*Fig. 1*]

Item neque etiam ex solis tangentibus dijudicari potest quaestio, quasi eae curvae ut AB, EB pro una continuata AB haberi debeant, quarum tangentes angulum non faciunt; Id enim non sufficere ex eo patet, quo duae curvae se tangentes ABC, DBE habent rectam tangentem communem. Et ideo tangentes arcuum AB et EB nempe rectae FB et GB nullum faciunt angulum, et tamen arcus isti $ABBE$ non componunt

6 *Am Rand:* Hoc schediasmate satis rem plane et compendiose complexus sum.

unam curvam sed angulum ABE aliquem sane licet minime comparabilem cum angulo duarum rectarum, qui dicitur angulus contactus.

Sciendum est autem angulos curvarum habere infinitos gradus, ut nunc ostendam, et dari angulum quem voco osculi, qui est ad angulum contactus, ut angulus contactus ad rectilineum. Et curvae quae sese osculantur in puncto osculi habent non tantum eandem directionem, ut eae quae sese simpliciter tangunt sed et eandem flexionem seu primam directionis mutationem nec faciunt angulum contactus comparabilem cum Angulo contactus circulorum, et tamen eandem lineam non componunt.

Sunt enim tres occursuum gradus: Nodus, contactus et osculum. Nodus cum curva curvam attingit, seu cum habent punctum commune. Contactus cum in puncto communi eandem habent directionem seu rectam tangentem sive arctissime stringentem, recta enim tangens non nisi una est. Osculum cum in puncto contactus eandem habent flexionem seu eundem circulum arctissime stringentem sive omnium intus tangentium circulorum maximum. Osculi autem ipsis rursum gradus sunt infiniti, et quae eandem habent circulum arctissime stringentem, possunt diversas habere Ellipses arctissime stringentes.



[*Fig. 2*]

Haec omnia ut distinctius intelligantur considerandum est directionem curvae pendere a duobus punctis in ea sumtis C. et D intervallo infinite parvo dissitis seu coincidentibus, per quae transiens recta est tangens. Finge enim rectam secantem AB

tamdiu moveri ex $A1B$ in $A2B$. $A3B$, donec e curva exeat, manifestum est duo puncta sectionis C et D sibi magis magisque accedere primum $1C$. $1D$ deinde $2C$. $2D$ et tandem in contactu coincidere $3C$. $3D$. Unde tangens repraesentat inclinationem vel declivitatem quam curva in puncto contactus habet. Considerando enim curvam velut polygonum infinitorum laterum ut si polygonum sit $1C2C3CD$ cujus latera ut $1C2C, 2C3C, 3C3D$, sint numero infinita, quantitate vero sint infinite parva, patet unum tale latus ut $3C3D$ esse portionem tangentis $A3C3D3B$ et latus curvae, ut $3D3C$ productum incidere in A seu esse tangentem.

[*Fig. 3*]

Verum ad curvam a recta discernendam praeter directionem opus est aliqua f l e x i o n e seu prima directionis mutatione, vel duarum directionum angulo ad se invicem; ac proinde ut directio duobus tantum indiget curvae punctis coincidentibus; ita flexio indiget minimum tribus curvae punctis, C. D. E indefinite propinquis, seu duobus polygoni infinitanguli curvam repraesentantis lateribus CD et DE. Et quemadmodum directionem determinavimus per rectam tangentem, quia datis duobus punctis datur recta per ea transiens; ita flexionem metiemur circulo per tria puncta C. D. E transeunte, qui semper est determinatus. Et centrum hujus circuli semper est a concava parte curvae; et ut recta transiens per C. D seu tangens est eadem ita et recta arctissime stringens; ita circulus transiens per tria puncta C D E, est circulus ibi curvam arctissime stringens, quem appello osculantem.

Sed dubitabit aliquis quomodo inveniri queat is circulus, cum tria puncta coincidunt seu distantiam habent inassignabilem sive infinite parvam. Respondeo id fieri eodem modo, quo invenitur recta curvam tangens id est in duobus punctis coincidentibus secans. Ut enim problema quo invenitur punctum Contactus seu quo recta vel alia linea curvam propositam tangit duas habet radices aequales; ita problema quo invenitur punctum in quo circulus (vel alia curva nam rectae hic locus non est) curvam propositam osculatur minimum, tres (imo quatuor) habet radices seu valores aequales. Unde vicissim puncto contactus vel osculi dato inveniri potest recta tangens vel circulus.

Et quidem curvam unam in uno puncto non nisi una (proprie) tangit recta, verum circuli infiniti curvam in quovis puncto tangere possunt, quoniam cum unus tantum sit osculans videamus quomodo a caeteris distinguatur.

[*Fig. 4*]

Sit ergo curva AB, quam tangat recta CD in B et sit BE ad tangentem perpendicularis ducta intra concavitatem curvae. Manifestum est quemvis circulum centro in hac recta sumto per B descriptum tangere curvam in B. Ex his circulis tangentibus quidam minores cadunt intra curvam, ut descripti centris F. G. H, alii vero majores descripti centris L. M. N, statim post contactum cadunt extra curvam. Necesse est ergo dari quendam omnium intra curvam cadentium seu in concavo tangentium maximum seu ultimum, qualis sit descriptus centro H radio BH, cujus radius si vel tantillum augeretur, ut si pro BH sumeretur BL, statim circulus caderet extra curvam, seu a parte convexa tangeret isque circulus curvam arctissimum stringet, quia nullus alius circulus ibidem tangens inter ipsum et curvam poterit describi. Et quidem si ponatur AB esse sectio conica quaecunque cujus vertex sit B, erit HB dimidium latus rectum, seu, quod memorabile satis theorema est, in omni sectione conica circulus circa latus rectum descriptus est omnium curvam in vertice intus seu a concava parte tangentium maximus, vel quod eodem redit eandem cum ipsa flexionem habet, sive ipsam in vertice osculatur et, si alius tantillo major assumatur, is extra conicam curvam cadet. Manifestum est etiam, circulum illum osculantem inter omnes circulos tangentes maxime ad curvam quam osculatur accedere, et licet revera non nisi in uno puncto congruere possit, tamen longissimo tractu cum curva congruere videri, et ab ea difficillime discerni posse. Porro si paululum augeatur radius, tunc circulus cadens extra curvam utcunque vicinus osculanti, necessario (nisi punctum B sit ipsum punctum flexus curvae, ubi etiam recta tangens curvam in tribus punctis coincidentibus secat) curvam praeter punctum contactus B adhuc in aliis duobus punctis Q. Q secabit quae puncta Q. Q in circulo osculante coincidunt cum puncto osculi B. Et ita circulus osculans curvam secare intelligendus est in quatuor punctis coincidentibus, nempe in duobus eo ipso quia est tangens, quemadmodum caeteri circuli tangentes omnes; et adhuc in duobus Q. Q. qui in casu osculi inter se, et cum contactus punctis coincidunt.



[*Fig. 5*]

Unde etiam centrum H circuli curvam in puncto dato B osculantis quaerere, idem est ac quaerere centrum circuli curvam tangentis tam in puncto dato B, quam in puncto adhuc alio, R, sed priori B coincidente; seu quaerere concursum duarum rectarum BH,

RH, curvam ABR in punctis B et R coincidentibus seu infinite parvo intervallo dissitis, ad angulos rectos secantium.

[*Fig. 6*]

Et licet regulariter non sit in potestate circulum invenire qui transeat per quatuor puncta, C. D. E. F, si scilicet perpendiculares ad CD et DE (ex punctis mediis eductae) coincidant in H, at ex mediis DE et EF eductae coincidant in K. Hoc loco tamen sufficit nos quaerere concursum perpendicularium ad CD et EF, in S, ut circulus centro S radio SC descriptus transeat per puncta C. D. E. F, nam SC, et SD inter se aequales sunt ex constructione, item SE et SF inter se; at SD et SE, aequales sunt ex natura casus hujus specialis, quia intervallum inter D et E est inassignabile sive infinite parvum. Unde fit ut problema etsi tres tantum radices aequales prima fronte habere videatur, revera tamen deprehendatur habere radices quatuor. Et, si circulus minor osculante curvae alibi quam in contactu non occurrat, necesse est duas radices, pro punctis Q et Q esse impossibiles. Manifestum est denique si curvae $CDEFG$ quam polygoni infinitanguli instar consideramus, perpendiculares (ex mediis lateribus CD. DE. EF. FG. etc. eductae) intelligantur ordine concurrere (quaevis cum vicina in punctis H. K. L etc.) puncta ista concursuum incidere in novam curvam HKL, et quidem perpendiculares curvae $CDEF$ fore tangentes curvae HKL, et si filum $CHKL$ a C ad H recta extensum, et deinde curvae HKL circumligatum, evolvatur, seu continue tensum moveatur ex $CHKL$ in $DHKL$ ex $DHKL$ in EKL ex EK in FKL, ex FL in GL etc. (quem evolvendi modum uberius explicuit clarissimus pendulorum horologiorum inventor) tunc punctum C ordine incidet in puncta $DEFG$, et ita evolutione curvae HKL, describetur curva $CDEF$ et curva quae evolutione sui generat aliam curvam, est locus centrorum omnium circulorum curvam generatam osculantium, seu flexiones ejus ordinatim metientium.

Ex his etiam patet non omnem circulum intra curvam aliquam propositam provolvi posse, sed eum demum qui non est major minimo circulo osculante. Ita in parabola concava nullus circulus ubique provolvi potest, nisi sit aequalis aut minor eo cujus diameter est latus rectum. Et memini me hac occasione olim, cum trochoeides considerarem, quae circulis intra curvas provolutis generantur, in has cogitationes primum incidisse.

Cum ergo circuli aliarum linearum flexiones commodissime metiantur, ut rectae metiuntur directiones, (sunt enim hae duae lineae simplicissimae omnium, et ubique uniformes) consequens est, ut quemadmodum curvarum se se secantium seu in concursu diversas directiones habentium angulos sectionis metimur, angulis rectilineis rectarum tangentium; ita curvarum se tangentium, seu easdem directiones habentium angulos contactus seu flexionis metiamur angulis circularibus circulorum osculantium. Et quemadmodum angulus contactus rectae ad curvam quam tangit vel duarum curvarum tangentium inter se, habetur pro nullo vel infinite parvo respectu anguli vulgaris seu rectilinei, quia est quovis angulo rectlineo minor: ita angulus osculi seu circuli ad curvam quam osculatur habetur pro nullo respectu anguli contactus vulgaris seu circularis, cum sit quovis angulo contactus duorum circulorum, minor. Sic angulus contactus parabolico-circularis SBA quem circulus BSE parabolam in vertice B tangens, cum ipsa parabola AB facit, aequalis censetur angulo contactus circulari SBP, quem facit circulus BSE, cum circulo BPM parabolam in vertice osculante, cujus diameter est latus rectum.

Nam si alius circulus quilibet loco circuli osculantis assumatur, poterit semper alius assumi parabolae propior; sed inter solum circulum osculantem et curvam alius circulus describi non potest; prorsus quemadmodum inter rectam tangentem et curvam alia recta duci non potest. Et proinde angulus osculi est minor quovis angulo contactus circulari et proinde minor etiam quovis angulo contactus duarum aliarum curvarum se non osculantium. Circulos autem duos sese osculari tam impossibile est, quam duas rectas se tangere nisi coincidant.

Quemadmodum autem circulus ex puncto curvae generatricis tanquam centro, per punctum correspondens curvae evolutione prioris generatae descriptus curvam generatam ibi osculatur, ita etiam Ellipsis ex punctis duarum curva[ru]m congeneratricium tanquam focis per punctum respondens curvae coevolutione priorum generatae descriptus ibi curvam generatam osculatur, ita ut nullus circulus inter hanc Ellipsin et curvam tangendo cadere possit.

---

5 olim: Vgl. VII, 3 N. 38_{11} S. 482 f.

Ipsos angulos contactus circulorum ultra metiri nihil necesse est, sufficit enim eos determinatos ese per radios circulorum, si quis tamen curiosius ista scrutari volet haec reperiet: primum, contactum duorum circulorum per omnia similem esse contactui duorum aliorum circulorum eandem inter se rationem habentium. Exempli causa sit BM ad BN ut BT ad BE, omnia utrobique similiter seu proportione intelligi posse necesse est. Hinc si sint quatuor diametri circulorum continue proportionales BM. BN. BT. BE erunt tres anguli contactus circulares etiam continue proportionales, PBQ. QBR. RBA. Ergo si tres isti anguli contactus continue sibi appositi essent aequales, forent diametri quatuor continue proportionales; et sumendo angulos contactuum cum circulo primo, PBQ, PBR, PBA etc. progressionis Arithmeticae; forent diametri BM, BN, BT, BE progressionis geometricae, et proinde si diametri crescerent aequabiliter seu ut numeri, progressione arithmetica, tunc anguli contactuum crescent ut Logarithmi. Unde cum recta ipsa haberi possit pro circulo cujus diameter est infinita, sequitur angulum contactus quem facit recta cum circulo esse ad angulum contactus duorum circulorum, ut logarithmus numeri infiniti, ad logarithmum numeri finiti. Caeterum posito logarithmum unitatis esse 0. logarithmus infiniti est quantitas infinita, non quidem absoluta, qualis est ipsum infinitum, cujus est logarithmus, sed media quadam proportione inter finitum et infinitum. Nam si Numerus infinitus ponatur esse: $1+1+1+1$ etc. in infinitum, logarithmus ejus erit $\frac{1}{1}+\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\frac{1}{4}$ etc. in infinitum ut alibi ostensum est. Et proinde si angulus rectilineus ponatur esse $1+1+1+1+1$ etc. erit angulus contactus rectilineo-circularis ut $\frac{1}{1}+\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\frac{1}{4}+\frac{1}{5}$ etc. et angulus contactus circularis ut numerus finitus.

Prorsus ut in Tabula Trianguli Harmonici ubi

1	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	$\frac{1}{1}$	*s*
1	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{5}$	*e*
1	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{6}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{25}$	*r*
1	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{10}$	$\frac{1}{20}$	$\frac{1}{35}$	*i*
1	$\frac{1}{5}$	$\frac{1}{15}$	$\frac{1}{35}$	$\frac{1}{70}$	*e*
etc.	etc.	etc.	etc.	etc.	*s*
infinitum	$\frac{1}{0}$	$\frac{2}{1}$	$\frac{3}{2}$	$\frac{4}{3}$	summae

Quae animi gratia adjicere placuit. Ut his probe consideratis controversiae inter Geometras de hoc argumento non sine scientiae opprobrio agitatae finiantur. Nam si metaphysico rigore loqui vellemus, perinde imaginaria sunt talia ut numerus infinitus ac quantitates infinite parvae, et radices impossibiles $\sqrt[2]{-1}$, et focus alter parabolae infinito hinc distans intervallo, quae tamen omnia tanquam instrumenta inveniendi merito recipiuntur, quoniam quae inde deducuntur demonstrari possunt reductione ad absurdum.

Sed redeamus in viam, et quoniam ad angulos osculi pervenimus, eosque non possumus metiri contactibus circulorum, (quemadmodum angulos contactuum non poteramus metiri sectionibus rectarum) progrediendum est ad alias curvas altiores, licet nullae occurrant uniformes.

Annotavimus supra Circuli qui sectionem conicam in vertice osculatur, diametrum esse latus rectum. Itaque duae sectiones conicae, quae idem habent latus rectum ita positae ut convexitas unius tangat concavitatem alterius in vertice communi, sese osculabuntur, id est nullus describi poterit circulus eas in vertice tangens, qui inter ipsas cadat. Hunc ergo angulum osculi ut metiamur poterimus uti Ellipsi eodem modo ut antea usi sumus circulo.

[*Fig. 7*]

Sit sectio conica velut parabola ABA, ejus verticem verticibus suis osculari possunt Ellipses innumerae HBG, FBE, LBC; omnes scilicet quae idem habent latus rectum cum proposita sectione cum tamen non congruant inter se, ideo quaedam Ellipsium osculantium statim post osculum cadent extra curvam ut CDB, quaedam intra ut GHB. Sed omnium intra curvam cadentium Ellipsium erit quaedam maxima EFB, quae si vel tantillum (manente latere recto) augeretur statim (salvo licet osculo) extra caderet, eaque intus cadentium maxima, quae sit EFB tam arcte curvam AB stringet, ut nulla Ellipsis (osculans) inter ipsam et curvam describi possit. Et haec Ellipsis secundum curvedinis gradum, seu ipsam mutationem flexionis metietur, perinde ac Circulus supra primum curvedinis gradum seu mutationem directionis id est flexionem metiebatur. Et quemadmodum ad directionem curvae cognoscendam duo, et ad flexionem tria puncta inassignabiliter distantia (seu coincidentia) unum aliquid efficientia adhibentur. Ita ad flexionem flexionis, seu secundum curvedinis gradum minimum requiruntur puncta quatuor, coincidentia.

Et quemadmodum problema invenire punctum arctissimi contactus, seu punctum osculi; est ad minimum trium, revera quatuor radicum aequalium, ita inveniri punctum arctissimi osculi, seu punctum strictionis est minimum quatuor imo sex radicum aequalium. Unde vicissim Ellipseos stringentis foci inveniri poterunt. Vel latus transversum (ob datum jam rectum) inveniri poterit, quod magnitudine sua ipsum osculi arctitudinem, seu secundum curvedinis gradum definit.

Sex autem revera radices aequales fiunt, quia Ellipsis CDB eo ipso quia osculatur, secat in quatuor punctis coincidentibus per superiora; at eadem si extra osculatur, secat adhuc in duobus, L. L. quae in Ellipsi stringente EFB coeunt in punctum B. Ergo in B sunt sex puncta coincidentia, vel poni potest curvam ab Ellipsi ter tangi tribusve tactuum punctis coincidentibus.

Eodem modo si duae curvae ne ullum quidem angulum osculi (primi gradus) facerent, sive si eandem haberent Ellipsin stringentem hoc est arctissime osculantem; nihilo minus quia non congruerent sed angulum novum facerent infinities licet minorem angulo osculi, ascendendum esset ad tertium curvedinis, sive secundum angulorum osculi gradum adhibitis curvis altioribus, quae in octo punctis coincidentibus curvae occurrere possint. Atque ita in infinitum. Et tum demum curva curvam continuare. Hoc est nullum cum ea angulum ullius gradus facere sed unam lineam componere intelligetur; cum in puncto communi eadem semper curva osculans quotcunque assumtis ⟨pu⟩nctis coincidentibus reperietur.

---

22 *Dahinter:* Tantum

18 (41010). DE ANGULIS CURVARUM [1682–1684 (?)]

Überlieferung: *L* Überarbeitetes Konzept: LH 35 I 19 Bl. 3–6. 2 Bog. 2°. 7 S. Bl. 6 v° leer.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für die Jahre 1682–1684 belegt. **[noch]**

De Angulis curvarum



[*Fig. 1*]

Omnis linea intelligi potest generata motu duplici rectilineo, punctum aliquod feratur in recta BC, et recta ipsa BC deferens feratur per aliam rectam AB, seu axem eodem semper ad eam angulo ABC: Et quidem si velocitas puncti et rectae deferentis eadem proportione crescant linea CC descripta erit recta, nempe si sit $1B2B$ ad $2B3B$ ut $1D2D$ ad $2D3D$. sin minus curva. Et quidem si ratio qua crescit velocitas puncti, sit major quam ratio qua crescit velocitas rectae punctum deferentis (seu si sit ratio $1D2D$ ad $2D3D$, major quam $1B2B$ ad $2B3B$) tunc curva obvertet concavitatem; sin minus convexitatem. Si vero causa quae velocitatem mutat cessaret vel suspenderetur, ita ut tam punctum in recta deferente quam recta deferens in axe retinerent velocitatem quam nunc in praesenti curvae puncto habent, nec per vim externam eam mutare cogerentur, tunc punctum curvam describens pergeret in recta, eaque curvam tangente quae causa est cur omne punctum in linea curva motum conetur procedere per ejus tangentem, si sibi relinquatur, seu libertatem nanciscatur. Nempe si sit $1B2B$ aequ. $2B3B$ et $1D2D$ aequ. $2D3D$ procedet punctum C. in recta $1C2C3C$ curvam AC tangente in puncto C.



[*Fig. 2*]

Eadem ergo censetur esse directio vel inclinatio sive declivitas curvae quae rectae tangentis seu eadem est directio curvae FF in punto C, quae rectae tangentis TC. vel curvae EE quae rectae tangentis HC. Et si recta curvam secat intelligetur angulus rectae ad curvam is esse qui est rectae ad curvae tangentem in puncto occursus, seu angulus PC ad FF, qui PC ad TC. et recta perpendicularis ad tangentem curvae in loco occursus, ipsam curvam ad angulos rectos secare censetur. Et si duae curvae se secent, angulum eundem facere censentur, quem earum tangentes, ut angulus FCE idem qui TCG.

Ergo si recta curvam tangat, tunc nullum omnino ad eam angulum facere censetur eo ipso quia angulus alterius rectae ad ipsam, idem censetur qui ad curvam. Et proinde cum angulus rectae GC ad curvam FC idem intelligatur, qui angulus GC ad rectam TC, seu si angulus TCG aequivalere censetur angulo FCG utique necesse est angulum contactus FCT haberi pro nullo, sive nullam rationem assignabilem habere ad angulum rectilineum TCG quod eadem methodo demonstrari potest de quavis curva qua Euclides in circulo, semper enim portio curvae quantum satis est parva FC cadet inter LC et TC rectas, unde angulus LCF rectilineus quamtumlibet parvus, semper tamen angulo contactus major erit. Quae causa proinde est, cur rectarum tangentium anguli pro angulis curvarum habeantur. Et hoc sensu duae curvae se tangentes, nullum omnino angulum facere censentur.

Verum licet Angulus contactus sit ad angulum rectilineum, ut linea ad superficiem, tamen ut lineae inter se, ita et anguli contactus inter se conferri possunt, et eatenus censebuntur habere quantitatem. Itaque si curva curvam tangat, nulla quidem censebitur esse quantitas anguli quem faciunt, si ea conferatur cum angulo linearum se secantium; sed si duo anguli contactus conferantur, dici potest, uter sit major. Idque usum habet ad definiendum utra curva intra alteram cadat.

[*Fig. 3*]

Verbi gratia si sint recta TT, curvae FF et EE sese tangentes in C, ut si FF sit circulus descriptus centro P. radio PC, EE autem sit alia curva verbi gratia parabola, quaeri potest an circulus cadat extra parabolam, seu an angulus contactus TCF sit major angulo contactus TCE, vel quaeritur utrius curvae major sit curvedo. Cujus a curvae directione discriminem est explicandum.

[*Fig. 4*]

Equidem inclinatio seu declivitas seu directio curvae ECE in puncto C eadem esse intelligitur quae rectae tangentis LCM id est quae chordae seu rectae in duobus punctis A, B curvam secantis $RABS$, posito eorum punctorum intervallum AB esse indefinite parvum seu nullum. Unde etiam quaerere rectam quae curvam in puncto dato tangat, est illud ipsum problema quo quaeritur recta RS curvam secans in duobus punctis A. B, tantummodo determinatum ad duas radices aequales, seu ita ut A et B tandem coincidant; verum curvedo curvae a recta tangente mensurari non potest, rectae enim curvedo nulla est. Et curvedo requirit duarum inclinationum seu declivitatum AB et BC collationem inter se, sine qua etiam judicari non potest, utrum curva sit concava vel convexa ab aliquo latere proposito. Hinc ad curvedinem tria curvae puncta (licet intervallo infinite parvo dissita) requiruntur itaque ut prius rectam adhibuimus ad directionem designandam, quia semper dari potest recta secans curvam in duobis punctis, ita simplicissimum est ad curvedinem designandam adhiberi, alteram linearum uniformium, nempe Circulum, quia semper circulus repereri potest transiens per tria data puncta, quoties ea non cadunt in unam rectam. Invenire ergo curvedinem, est invenire circulum qui curvam propositam secat in tribus punctis, ea tamen lege ut tria puncta coincidant; seu ut problema habeat tres radices aequales. Is nimirum eandem cum curva proposita curvedinem habere censebitur.

[*Erster Ansatz, verworfen*]

Et proinde si duae curvae se tangant, dicemus angulum contactus eundem esse qui duorum circulorum eandem curvedinem habentium. Quae ut intelligantur clarius Circulorum prius curvedines et anguli contactus sunt explicandi. Et quidem constat magis circulum accedere ad rectam, seu eo minorem habere curvedinem quo est major, adeo ut recta haberi possit pro circulo cujus radius est infinitus. Sed ut sciatur qua proportione decrescant curvedines, crescentibus radiis, considerandum est curvedines seu flexiones intelligi posse non tantum in circulis, sed et in polygonis regularibus. Quoniam curvedo circulorum in parte utcunque parva reperitur, consideremus prius partes assignabiles.

[*Fig. 4a*]

Centro A radio AC describatur arcus BDC et centro E, radio majore EB, describatur arcus BFC secans priorem in punctis B et C patet arcum circuli minoris inter puncta B. C interceptum esse majorem quam arcum circuli majoris intra eadem; cadit enim hoc intra illum, et majore existente curvedine; majorem etiam esse arcum. Porro arcus BDC est ad arcum BFC in ratione composita angulorum A ad E, et radiorum AB ad EB ut constat (unde semper ratio radiorum major quam angulorum)

[*Zweiter Ansatz, verworfen*]

Et proinde si duae curvae se tangant, dicemus angulum contactus eundem esse qui duorum circulorum eandem curvedinem habentium. Quae ut intelligantur clarius prius circulorum curvedines et anguli contactus erunt explicandi. Et quidem cum circuli sint similes inter se, et quilibet circulus sit uniformis, seu arcus habeat etiam similes inter se. Constet autem arcum esse rectae similiorem seu minus flexionis habere qui est portio circuli majoris; et curvedo considerari possit in portione indefinite parva, seu arcu quantumlibet exiguo, comprehenso duabus rectis ABC coincidentibus, commode curvedinem metiri poterimus magnitudine arcuum ejusdem similium duorum circulorum cumque ar-cubus crescentibus curvedines decrescant, poterimus assumere curvedines esse reciproce ut arcus similes, seu reciproce ut radios circulorumăquae hypothesis nec opus quidem habet probatione, potest enim fieri pro arbitrio, modo mensura semel sumta constanter servitur, in nostra enim potestate est dicere, quid per curvedinem circulorum intelligere velimus.

[*Fig. 4b*]

Si circulorum ALB, ACM, HND, ATS major minorem comprehendat et tangat, sintque diametri AB, AC, AD, AS continue proportionales, erunt anguli LAM, MAN, NAT, etiam continue proportionales, nam sive [*bricht ab*]

[*Dritter Ansatz*]

Et proinde si duae curvae se tangant, dicemus angulum contactus eundem esse qui duorum circulorum eandem cum curvis propositis curvedinem habentium. Circulorum autem curvedines metior radiis, ita ut sint reciproce velut radii, quia crescente radio vel circumferentia decrescit curvedo et quidem cum uniformiter crescant circumferentiae et decrescant curvedines ita ut omnia semper maneant similia, necesse est curvedines crescere in ratione radiorum decrescentium vel simplice, vel duplicata aut subduplicata, triplicata aut subtriplicata, quadruplicata aut subquadruplicata. Id est vel curvedines vel eorum quadrata aut cubos, aut quadrato-quadrata, etc., esse radiis aut eorum quadratis aut cubis, aut quadrato-quadratis, reciproce proportionales. Pono jam curvedines crescere verbi gratia ut quadrata decrescentium radiorum. Quid tunc vetabit me vocare curvedinem, id quod tu vocares curvedinis (numeris expressae) quadratum; neque enim hactenus illud nomen determinatam aliam habet significationem, quam quod secundum ipsam intelligimus curvam ipsam plus minusque differre a recta et in circulo quidem eam ubique eandem esse, et radiis *uniformiter* crescentibus, etiam *uniformiter* decrescere. Itaque radii apte pro curvedinis mensura sumi possunt.

[*Fig. 5*]

Videamus jam quomodo metiri possimus curvedinem in aliis curvis per curvedinem circulorum, idque exemplo declaremus. Exempli gratia sit parabola AC, quaeritur quae sit curvedo ejus in ipso vertice A, sit AB axis parabolae seu recta ad eam in vertice perpendicularis, constat quemlibet circulum cujus centrum sit in axe, circumferentia vero transit per verticem, ibi parabolam tangere sed alii quidem circuli quorum radii sunt majores cadunt extra parabolam, ut cirulus CAD centro B, et FAG centro E alii vero quarum radii minores cadunt intra parabolam, ut LAM centro H, quaeritur ergo centrum radii omnium intra curvam cadentium maximi, quod utique reperiri debet alicubi inter H et E. Id sit N, et centro N radio NA descriptus circulus PAQ, si vel minimum augeretur casurus esset extra curvam, cumque alii omnes majores minorem quam parabola, minores vero majorem habere curvedinem intelligantur, ipse habebit aequalem, curvedini parabolae, vel saltem ab ea inassignabiliter differentem, eodem modo quo angulus rectae ad curvam ab angulo rectae ad rectam tangentem differt quantitate quae minor est angulo quovis rectilineo assignabili, quae proinde habetur pro nulla. Ubi notandum est porro cum circulus quivis extra parabolam cadens, centrum in axe habens et per verticem ductus necessario curvam secet adhuc in duobus punctis, R et S et ita problema quo punctum occursus invenitur, quatuor habeat radices duas quidem aequales, in puncto contactus, et duas praeterea pro punctis R et S.

Patet in circulo PAQ intra curvam descriptibilium maximo, qui haberi potest pro omnium extra curvam pro parte cadentium minimo; intervallum AR vel AS fit infinite parvum, seu puncta R et S incidunt in punctum A. Quaeramus ergo punctum R quo circulus centro E radio EA descriptus parabolae occurrat extra verticem; perinde ac si radius EA esset datus; sed aequationem inventam accommodemus ad duas radices aequales, quia coincidere debent R et A, eoque ipso inveniemus pro minimo EA, radium NA desideratum.

Sit in axem perpendicularis RT, quam vocemus y, et AT, x et AE radius circuli quaesitus sit e, parabolae autem semilatus rectum sit a. Ex natura circuli erit yy aequ. $2xe - xx$. Ex natura parabolae $2ax$ aequ. yy. Ergo per methodum tangentium meam erit $y : e - x :: y : a$ seu $e - x$ aequ. a. Seu quia in nostro casu, ubi R incidit in A, etiam T incidit in A, seu AT sive x evanescit, erit e aequ. a id est AN erit semilatus rectum parabolae. Quod etiam sine calculo praevideri potuisset, ex nota parabolae proprietate, quod VR ex axe educta in V, parabolam secante ad angulos rectos in R sit TV semper dimidio lateri recti aequalis unde cum tam R quam T incidet in A, V incidit in N posito NA esse semilatus rectum.

Generaliter sectionis conicae curvedinem in vertice ita reperiemus: $2ax \dagger \frac{a}{q} xx$ aequ. yy et yy aequ. $2xe - xx$. Prioris aequatio differentialis est $adx \dagger \frac{a}{q} xdx$ aequ. ydy seu $dx : dy :: y : a \dagger \frac{a}{q} x$. Posterioris aequatio differentialis: ydy aequ. $edx - xdx$ seu $dx : dy :: y : e - x$. Ergo fit $a \dagger \frac{a}{q} x$ aequ. $e - x$. Est autem x aequ. 0 in nostro casu; ergo erit a aequ. e. Seu in omni Sectione Conica ea est curvedo ad verticem quae est circuli cujus diameter est latus rectum. Isque circulus est circulorum sectionem conicam in vertice a parte concava tangentium maximus.

---

1 *Am Rand:* Nota placuit circulos ejusdem curvedinis vocari osculantes et angulus duarum curvarum ejusdem flexionis seu curvedinis dicetur non tantum angulus contactus, sed angulus osculi. NB. revera sunt quatuor radices aequales in puncto osculi, ponimus enim circulum tangere curvam, dum aequamus curvarum differentiales. Et quia aequationem unde resultantem rursus ad duas radices aequales determinamus, eo ipso facimus eum bis tangere curvam, puncta autem contactuum coincidere.

Unde habemus theorema memorabile, si duarum Sectionum conicarum (XAY et RAS) cujuscunque speciei una alteram intus tangat in vertice communi A ea intra alteram cadet, cujus latus rectum est minus; nec refert an sint ejusdem naturae et speciei an vero diversae et nulla omnino hic ratio habetur lateris transversi. Quod fiat cum latus rectum duarum Sectionum Conicarum aequale est, postea dicemus.



[*Fig. 6*]

In genere quomodo curvedo puncti dati inveniri possit exemplo docebimus. Sit parabola AC quaeritur curvedo puncti dati C. id est E centrum circuli omnium, qui parabolam intus in puncto C tangere possunt, maximi. Ponatur circulus ille curvam non tantum tangere in C, sed et secare in R quaeraturque punctum intersectionis R. Quod cum incidat in C, in casu nostro, ideo problemate determinato ad duas radices aequales habebitur punctum E. Sint perpendiculares ad axem AB, nempe RT, CB, EF, et AT vel AB vocemus x, TR, vel $BC, y.$, AF $z.$ EF $v.$, EC, e parabolae latus rectum sit $2a$. Si ergo circulus centro E descriptus parabolam tangit EC secabit axem in P, ita ut fiat BP aequ. a. ut constat.

Ob triangula similia PBC, PFE erit EF seu v ad PF seu $z - x - a$, ut BC seu y ad BP seu a. Et x est aequ. $\dfrac{yy}{2a}$ ex natura parabolae. Erit ergo va aequ. $zy - \dfrac{y^3}{2a} - ya$

quam aequationem determinando ad duas radices aequales erit z aequ. $\dfrac{3yy}{2a}+a$ seu z aequ. $\dfrac{3}{2}\,x+a$. Ergo PF aequatur dimidiae AB vel AT, si quidem T et B seu R et C coincidunt. Ergo erit $v : \dfrac{1}{2}\,x :: y : a$ seu v aequ. $\dfrac{xy}{2a}$.

Et habetur constructio facilis, tantum enim in producta AP sumendo PF dimidiam ipsius AB et ex F educendo perpendicularem FE occurrentem ipsi CP in E, centro E radio EC descriptus circulus erit maximus tangentium in puncto C parabolae inscriptibilium, seu curvedinem ejus metietur. Quaeritur jam linea seu locus omnium centrorum curvedinis, seu punctorum E, nempe curva EE. Nempe pro $z-a$ sumatur r. erit x aequ. $\dfrac{2}{3}r$ et y aeq. $\dfrac{3av}{r}$ substituendo valores in aequatione ad parabolam $2ax$ aequ. yy ut tollantur x et y fiet $\dfrac{2}{3}ar$ aequ. $9\dfrac{aavv}{rr}$ seu $2r^3$ aequ. $27avv$. Et pro $\dfrac{27}{2}a$ sumendo b erit r^3 aequ. bvv quae est aequatio ad paraboloeidem cubico subquadraticam, seu ubi ordinatae EF sive v sunt inter se ut cuborum: ab abscissis NF (posito AN esse a) radices quadraticae, et latus rectum hujus paraboloidis erit $\dfrac{27}{2}a$.

1–3 z aequ. $\dfrac{3}{2}\,x+a$ … v aequ. $\dfrac{xy}{2a}$: Leibniz hat irrtümlich y^2 durch ax ersetzt statt durch $2ax$. Für z müsste sich $3x+a$ ergeben, PF ist gleich dem Doppelten von AB, also $v : 2x :: y : a$ und damit $v=\dfrac{2xy}{a}$. 7–13 Quaeritur … $\dfrac{27}{2}a$: Ausgehend von $z=x-a$, d. h. $r=3x$ u. $v=\dfrac{2xy}{a}$, erhält man aus $2ax=y^2$ die Gleichung $2a\dfrac{r}{3}=\dfrac{9a^2v^2}{4r^2}$ und somit $av^2=\dfrac{27}{8}r^3$ für die Orte der Mittelpunkte der Krümmungskreise.



[*Fig. 7*]

Facile etiam patet consideranti rectam CE perpendicularem ad curvam AC esse tangentem lineae centrorum EE. Cum enim supra dictum sit circulum centro $1E$ descriptum transire debere per tria curvae puncta inassignabiliter distantia $1C$. $2C$. $3C$. ideo tantum opus est ut ex rectarum $1C2C$; et $2C3C$. punctis mediis educantur perpendiculares, quae conccurrent in puncto $1E$, eodem modo invenietur punctum $2E$, et $3E$ et $4E$. Et ob distantias inassignabiles, erunt $1C2C$, et $2C3C$, et $3C4C$, etc. tangentes curvae CC. ad quae perpendiculares sunt $1M1E$, $2M2E$, $3M3E$, etc. et $1E2E$, $2E3E$, $3E4E$, tangentes curvae EE continuatae sunt ipsissimae $2M2E$, $3M3E$ etc. Ergo perpendiculares curvae CC sunt tangentes curvae EE. Et proinde linea centrorum curvedinis, est illa ipsa cujus evolutione describitur curva; ita si filum NAE rectum ab A ad N, inde flexum circa paraboloeidem rigidam supradictam EE, in eodem semper plano manens evolvatur, sive continue tensum moveatur ab ANE ad CE, curva a puncto A descripta erit parabola, et differentia rectarum CE et AN aequabitur arcui paraboloeidis cubico-subquadraticae NE.



[*Fig. 8*]

Caeterum circulus centro N in axe sumto radio AN dimidio latere recto descriptus quem ex praecedenti definitione pro mensura Curvedinis parabolae in vertice, sumsimus licet longo tractu parabola osculari videatur, longe majore scilicet, quam ullus alius circulus illic tangens revera tamen eam, non contingit nisi in uno puncto, neque enim ulla pars parabolae ulli arcui circulari congruere potest. Et quemadmodum directio curvae CA eadem censetur in A quae rectae tangentis TA. et curva CA aliam lineam DE secans eandem facere angulum censetur CAD quem recta tangens, nempe angulum TAD, neglecto angulo contactus TAC tanquam infinite parvo respectu anguli TAD. Ita curvedo seu flexio curvae CA in puncto A eadem censetur quae circuli HA centro N per A descripti intus tangentium maximi, et flexio curvae FA eadem quae circuli KA et angulus contactus duarum curvarum, nempe CAF, idem censebitur, qui duorum circulorum, nempe ang. HAK neglectis angulis contactuum, quos curvae faciunt cum circulis eandem flexinem habentibus tanquam infinite parvis. Nam angulus contactus CAH, curvae CA, cum suo circulo osculante HA, est infinite parvus respectu alterius anguli contactus ordinarii ut CAF vel CAK, quem curva cum alia linea ut FA vel KA facit quia est minor quovis angulo contactus circulari; si enim circuli HA radius AN utcunque parva accessione augeatur, circulus statim cadet extra curvam CA. Itaque angulus osculi, seu contactus CAH curvae cum circulo osculante sive eandem flexionem habente; est ad angulum contactus communem duorum circulorum ut HAK, quemadmodum angulus contactus rectae eandem cum curva directionem habentis seu tangentis, se habet ad angulum rectilineum. Et, si duae curvae sese osculentur, sive eandem in puncto contactus flexionem habeant, ut HA et CA, eundem habentes circulum maximum intus tangentem angulus osculi HAC etiam infinite parvus erit comparatione anguli contactus communis, ut CAF.

[*Fig. 9*]

Et quando hoc contingit, ut duae curvae sese osculentur, tunc lineae earum generatrices, quarum evolutione describuntur, sese tangunt ita ponamus curvas HA, et CA se osculari, seu eadem cum curvedine contingere in A, et CA generari evolutione curvae CPQ, HA evolutione curvae HPR et PA esse radium circuli centro P descripti, eandem cum duabus curvis curvedinem habentis, is utique erit perpendicularis ad curvas HA, et CA, et tangens ad curvas CPQ, HPR, ergo hae duae curvae sese etiam tangent. Quod si lineae CPQ et HPQ non sese tantum tangerent, sed et oscularentur, tunc lineae HA et CA sese plusquam oscularentur, seu quaerere punctum occursus A esset problema adhuc plures quam ante habens radices aequales. Et ita Anguli contactus varios habent gradus in infinitum, ita ut semper sequens sit inassignabilis respectu praecedentis, et proinde negligendus. Et pro puncto A (si osculum esset in P) posset quaeri Ellipsis (vel alia Conica aut etiam altior) secans curvam propositam pluribus punctis, quam in quibus circulus eam secare posset. Tandemque ponendo omnia puncta intersectionum coincidere, haberetur quasitae parabolae positio. Sed curvae illae altiores non habent uniformem flexionem ut Circulus; nec opus est, ut his nunc immoremur, sufficit enim aditum rei plane novae aperuisse. Utra autem curvarum sese osculantium cadat extra alteram invento contactu curvarum evolutione generantium et curvedinibus, quas habent, facile determinatur.

19 (41011). DE ANGULO CONTACTUS ET CURVEDINE ET DE NATURA QUANTITATIS
[1682 – 1684 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 19 Bl. 7–8. 1 Bog. 2°. 4 S.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für die Jahre 1682–1684 belegt. **[noch]**

De Angulo Contactus et curvedine et de natura quantitatis

[*Fig. 1*]

Ut appareat quam parum perspecta sit ipsa natura quantitatis in universum controversiam (rem inter Geometras raram) ex ejus ignoratione profectam consideremus. De Angulis curvarum linearum disceptatum saepe est inter Geometras, occasionem praebente Euclide, qui dixit (recta AB circulum CDE tangente in puncto C) angulum contactus (BCE vel ACD) quem circulus facit cum recta tangente esse quovis rectilineo acuto minorem id est si ad idem punctum C rectae eidem AB occurrant circulus CDE rectam tangens, et alia recta CF fore angulum contactus ACD, minorem rectilineo ACF, quia recta necessario circulum secat in D et ita arcus CD cadit inter duas rectas. Idem Euclides notavit, angulum GCD quem recta GC per centrum circuli transiens facit cum arcu circuli CD, esse quovis angulo acuto GCF majorem. Quia scilicet recta CF cadit inter arcum DC, et rectam GC. Inde jam quaeri coeptum est an angulus contactus sit quantitas, et quomodo possit mensurari, aliaque multa quae in scriptis contrariis Jacobi Pelletarii et Christophori Clavii legi possunt.

Sed mirum non est haec illorum temporibus fuisse obscuriora, cum ne nunc quidem, ubi generales linearum proprietates magis innotuerunt, satis in clara luce posita sint. Cum vero res magni sit momenti ad ipsam curvedinis naturam intelligendam, operae pretium visum est eam rimari profundius.

Primum ergo definiam, non tam quid sit angulus, utrum scilicet sit inclinatio linearum, an quantitas puncti; quam quando duae lineae angulum facere dicantur, scilicet quando sibi occurrunt, nec tamen coincidunt. Et dicam angulum angulo majorem intelligi, exempli gratia angulum ACF, quem recta FC facit ad rectam AC angulo $AC[H]$ quem arcus HC facit ad rectam AC; quando sumtis punctis L in recta FC, et K in arcu HC utcunque seu indefinite propinquis puncto concursus C. semper reperitur portio KC cadere inter AC et LC. Jam cum quaeritur an angulus contactus quem curva facit cum recta tangente sit quantitas, prius explicandum est quid hic quantitas esse dicatur.

Et quidem si quantitas, illud esse dicitur, quod aliquo sensu dici potest esse alio minus, vel majus utique erit quantitas, secundum definitionem, quam attulimus, quam negare esset litigare de voce.

Sed ita punctum etiam erit quantitas respectu lineae, est enim utique in linea, et eodem jure quo angulum contactus diximus rectilineo minorem, poterit dici minus linea; unde etiam solet punctum dici in extensione minimum. Et, si omne quod alio minus est, quantitas est, etiam punctum quantitas erit. Potest etiam dici duo puncta esse aequalia inter se, congruunt enim. Verum cum alio sensu arctiore negetur punctum esse quantitatem, id unde fiat videamus, nimirum quia punctum caret partibus. Recte: An ergo angulus contactus habet partes? Videamus.

Duo circuli tangant rectam AB in C, unus minor CEH, alter major CMG. Videtur dici posse angulum contactus BCE componi ex duabus partibus, angulo contactus BCM (rectae cum circulo majore) et angulo contactus MCE (circulorum inter se). Largiamur haec sane, sed videamus etiam an non reperiatur strictior adhuc notio quantitatis, qua negata solet negari quantitas. Dico ergo ut dicatur aliqua res esse quantitas, seu habere quantitatem, non sufficere ut habeat partes eo quo diximus modo, sed etiam ut possit habere partem dimidiam, partem tertiam, etc. seu ut partes habeant rationem aliquam ad totum.

Quaero ergo quam rationem inter se habeant duo anguli contactus, circulorum cum recta, nempe BCM et BCE, et quonam ex principio possint mensurari? Quodsi nulla talis mensura possit reperiri, tunc dicemus etiam nec angulum contactus circuli cum recta (hoc quidem sensu) esse quantitatem. Ex quo apparet Andabatarum more hic pugnasse, qui ne notionem quidem quantitatis satis perspectam habebant.

Nimirum quaecunque ita quantitatem habere dicuntur, ut possint mensurari, ea debent esse homogenea inter se. Sed hic in novam incidimus difficultatem, nemo enim explicuit, quid sit duas quantitates homogeneas esse inter se. Dico ergo Homogenea esse, quae vel sunt similia, vel transformari possunt in similia. Ita linea recta et curva homogeneae sunt, et mensurabiles, ac comparabiles quoad mensuram, nam si curva extendatur in rectam, facta est rectae similis, et duae curvae in rectas extensae, similes inter se fiunt. Sed nunquam linea et superficies poterunt similes reddi; Nec angulus rectilineus transformari potest in angulum contactus.

[*Fig. 2*]

Hinc jam quod componitur ex partibus, quae non sunt homogeneae inter se, non dicitur quantitas exempli gratia extensum $GHDCEH$ compositum area sphaerae $HDCE$ et longitudine rectae GH, seu si pomum aliquod fingatur, cujus pediculus (μίσχος) HG sit linea, sive careat omni latitudine et crassitie; tale compositum ex stylo et pomo, non poterit dici quantitas. Tale plane compositum esset angulus DHG constans ex angulo recto PHG et angulo contactus DHP, qui si hi duo omnino inter se sunt heterogenei. At linea $GHEC$ est quantitas, nam partes rectae GH, et arcus HEC homogenea sunt.

Euclides aliam attulit notionem qua explicat an duae quantitates sint homogeneae, nimirum quando minus a majore auferendo quoties fieri potest, et residuum rursus a minore, et residuum secundum a primo, et tertium a secundo, et ita porro, tandem vel restat nihil; (quando scilicet duae quantitates habent mensuram communem) vel devenitur ad quantitatem data quavis minorem, quae proinde nihilo aequiparari potest. Quod perinde est ac si dixisset homogenea esse quae inter se rationem habent. Ita enim omnis ratio explicari potest, si ad congruentias revocetur. Sed simplicior est meus explicandi modus, ut enim congruentia est principium aequalitatis (aequalia enim sunt quae reddi possunt congrua) ita similitudo est principium homogeneitatis, seu comparabilitatis, ut comparabilia sint quae reddi possint similia. Similia autem esse inter se homogenea tam per se manifestum esse, quam congrua esse aequalia.



[*Fig. 3*]

Hinc patet jam angulos rectilineos posse haberi pro quantitatibus. Sunt enim semper similes, et cum generentur uniformiter ut arcus circulorum, hinc arcus inter se sunt ut anguli, et anguli ABE quantitatem metimur ratione arcus AE ad quadrantem AEC quae eadem est in magno aut parvo circulo.



[*Fig. 4*]

Addo et angulos contactuum circulares posse certo modo haberi pro quantitatibus. Sint circuli CDH, CLE, CMF, CNG, se tangentes in C et sint diametri CD. CE. CF. CG. Intelligi potest duos quosdam angulos contactus inaequales esse similes inter se; nempe sit CD ad CE ut CE ad CG erit angulus HCL similis angulo LCN, neque enim discerni possunt, nisi compraesentia.



[*Fig. 5*]

Et generaliter si circulus CHD et CLE se tangant, rursus PSQ et PTR et sint diametri CD, CE, inter se, ut diametri PQ, PR inter se erunt anguli HCL, et SPT similes. Et proinde crescentibus proportionaliter diametris etiam proportionaliter crescent anguli, sive si tres circuli circa CD. CE. CF descripti se tangant, et tres alii circa PQ.

$PR.\ PV$, sintque $CD.\ CE.\ CF$ ipsis $PQ.\ PR.\ PV$ proportionales, dictum est angulos HCL, HCM, LCM, respondentibus SPT, SPX, TPX esse similes, ergo erit HCL ad LCM ut SPT ad TPX.

Hinc si sint quatuor radii circulorum se tangentium continue proportionales CD, CE, CF, CG erunt tres anguli contactuum, circuli cujusque cum proximo, etiam continue proportionales, nempe HCL, LCM, MCN. et quinque assumtis radiis continue proportionalibus erunt quatuor anguli continue proportionales et ita porro. Possumus ergo radiorum incrementa assumere pro angulorum mensuris.

At inquies sunt tamen in hac aestimatione imperfectiones quaedam, nam nunquam ostendi potest unum angulum contactus duorum circulorum esse aequalem vel determinatae rationis, ad angulum contactus duorum aliorum circulorum prioribus inaequalium; nec unus angulus contactus, alteri dissimilis, ita transformari potest, ut fiat ei similis; neque ulla hic locum habet congruentia, sed solum similitudo inaequalium.

Huic imperfectioni occurremus deductione ad absurdum, eadem methodo qua utitur Archimedes in transformatione curvilineorum demonstranda; licet enim in angulis contactus nulla realis locum habeat transformatio locum tamen habet demonstratio, saltem ex hypothesi, quod detur angulo contactus circulari alius proximus aequalis.

17–112,1 alius | proximus *erg.* | aeqvalis *(1)* dissimilis. *(a)* Datur enim major *(b)* Hinc enim posito aliqvam in angulis istis concipi vel fingi posse aequalitatem seqvitur *(aa)* angulos *(aaa)* duos *(bbb)* duorum circulorum con *(ccc)* esse aeqvales *(ddd)* circuli cum proximo esse aeqvales si tres radii sint proportionales. *(aaaa)* Sit enim *(bbbb)* seu si circulorum CNG, CYZ, CAB radii CG, CZ, CB sint proportionales fore angulos NCY, YCA aeqvales *(bb)* duos angulos contactus *(aaa)* esse inter se *(aaaa)* ut radiorum *(aaaaa)* differentias et ideo si GZ, ZB sint aeqvales *(bbbbb)* differentias, *(aaaaaa)* seu si *(bbbbbb)* et ideo *(bbbb)* ut est GZ ad ZB ita *(aaaaa)* fore *(bbbbb)* fore inter se angulos proximos *(aaaaaa)* trium circu *(bbbbbb)* quos tres circuli faciunt primus ad secundum et secundus ad tertium sint proportionales fore *(bbb)* nempe angulos NCY YCA | fore *erg.* | aeqvales. Qvod sic demonstro, sit angulus WCH quantumlibet parvus, eique ex hypothesi possibile sit assumere alium aequalem continuum, HCL *(aaaa)* fiat ut radius CW ad radium CD, ita radius CD ad radium DE cumqve per supra demonstrata sit radius WCH ad radium *(bbbb)* ang. WCH ad ang. HCL, ut HCL ad LCM, *(aaaaa)* erunt ergo et hi aeqvales *(bbbbb)* erunt *(ccccc)* fiant jam radii innumeri continue proportionales, CW. CD. CE. CF etc. erunt erunt anguli *(aaaaaa)* aeqvales *(bbbbbb)* proportionales (per supra demonstrata) WCH, HCL, LCM, etc. Ergo *(aaaaaaa)* per *(bbbbbbb)* (ex hypothesi duorum primorum aeqvalium) aeqvales. Si jam sint CG, CZ, CB, proportionales tunc continuando progressionem CW. CD. CE. etc. | vel *erg.* | tot inscribentur inter GZ, quot inter Z et B. *(aaaaaaaa)* vel differentia ni *(bbbbbbbb)* nisi qvod unus vel duo *(cccccccc)* adeoqve *(aaaaaaaaa)* tam mult *(bbbbbbbbb)* angulus NCY, ex tot componetur angulis aeqvalibus, ex quot componitur angulus YCA, vel si paulo plures in uno qvam in altero, differentia non esse potest major angulo WCH semel aut bis sumto, ut consideranti patebit. Cumqve angulus WCH possit esse minor quovis dato, etiam differentia minor erit data, qvod est absurdum, nulla ergo inter arcus NCY et YCA differentia assignari potest, qvod erat demonstrandum *(2)* inde *L*

Inde enim theorema mirabile sequitur, quod si radii vel diametri sunt progressionis Geometricae, posito angulos contactuum esse progressionis Arithmeticae, et, si diametri sint ut numeri, angulos contactuum circularium fore ut logarithmos. Et cum recta haberi possit pro circulo diametri infinitae, erit angulus contactus rectae et circuli, ad angulum contactus duorum circulorum, ut logarithmus numeri infiniti (qui ipse infinitus est, certo tamen modo, nempe ut $1+\frac{1}{1}+\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\frac{1}{4}+\frac{1}{5}$ etc.) ad logarithmum numeri finiti.

Quod autem diametri sint progressionis Geometricae, sint angulis existentibus progressionis arithmeticae, sic ostendo: sint anguli aequales tres WCH, HCL, LCM erunt quatuor radii CW, CD, CE, CF proportionis Geometricae continuae per demonstrata, continuetur progressio utcunque, ut sint radii CW, CD, CE, CF, CG, CZ, CB, etc. quotcunque, erunt etiam anguli WCH, HCL, LCM, MCN, NCY, YCA, etc. aequales. Cumque idem etiam verum sit utcunque exiguus assumtus sit angulus WCH, manifestum est omnes alios ex eo tanquam communi mensura conflatos intelligi posse, errore existente minore, quam ipse est angulus WCH, seu minore quovis dato. Si quis autem neget hypothesin, nempe angulo contactus dato, WCH apponi posse aequalem HCL. Erit ergo vel necessario major vel necessario minor; nam ob uniformitatem processionis, quia radiis proportione geometrica crescentibus, etiam anguli proportione geometrica procedunt necesse est, vel radiis crescentibus angulos semper crescere, et ita angulus HCL necessarie foret major angulo WCH; vel radiis crescentibus angulos semper decrescere, et ita HCL necessario foret minor quam WCH; vel denique posse esse aequales. Si angulus quivis WCH est major quam HCL, sequitur angulum WCH esse infinituplum radii. Nam indefiniti numero novi anguli contactus describi possunt inter WCH et HCL, quorum quilibet est major ipso WCH ex hypothesi, et aggregatum omnium aequatur ipsi HCL, ergo HCL majorem habebit ad WCH, rationem quavis data. Contra si WCH necessario major est quam HCL sequetur WCH infinituplum esse ipsius HCL. Utrumque est absurdum. Superest ergo ut possit angulo alius apponi aequalis, unde sequitur diametris crescentibus progressione Geometrica, angulos prioribus apponi aequales, seu totos angulos, (additis prioribus) crescere proportione Arithmetica.

Intelligi etiam hinc potest, etsi curvedines circulorum et anguli contactuum cognatam habeant naturam, tamen aliam esse rationem angulorum, quam curvedinum; sunt enim curvedines circulorum reciproce ut radii vel diametri, seu curvedo circuli CHD ad curvedinem circuli CLE est ut CE ad CD. Cum enim similis per omnia sit generatio duorum circulorum utique alia comparatio curvedinum esse non potest.



[*Fig. 6*]

Porro quoniam Circulorum curvedo ubique est uniformis, ea optime poterimus metiri curvedines aliarum linearum. Sit curva linea quaecunque ACB, quam in puncto C tangat recta DE, cui intra curvam ducta PC ad angulos rectos occurrat in puncto C. Manifestum est si puncto quocunque P tanquam centro in recta PC sumto, radio vero PC describatur circulus eum tangere curvam ACB in C. Unde circuli infiniti eandem curvam in eodem puncto tangere possunt, quaeritur ergo quisnam ex his eandem cum curva proposita curvedinem habere intelligi possit, seu ad mensurandam ejus curvedinem serviat. Quod ut inveniamus considerandum est, prout radius sumitur magnus circulum tangentem aut cadere intra curvam, ut FCG, aut extra curvam ut HCK et potest dici curvedo illius esse minor quam curvae, hujus vero major. Necesse est ergo dari unicum aliquem eorum, qui intra curvam describi possunt ultimum seu maximum, LCM cujus curvedo intelligi potest eadem quae curvae ipsius, quia si vel minimum augeatur, major fit. Itaque vel eadem erit, vel certe innassignabiliter (seu minore differentia quam quavis data) ab ea differet, quod pro eodem haberi potest. Cumque circulum quaerere qui curvam tangit, sit problema duas (minimum) habens radices aequales; ideo circulum tangentem quaerere maximum intra curvam erit problema tres habens radices aequales; si autem duae curvae sese tangant angulus contactus eorum idem intelligi potest cum quo angulos duorum circulorum eandem quam curvae, curvedinem habentium.

19 *Darunter:* Tantum

20 (41016). INITIA MATHEMATICA. DE QUANTITATE [1680 – 1682 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 22 Bl. 1–4. Bl. 1+4 1 Bog. 2°, Bl. 2 u. 3 bildeten ursprünglich einen zusammenhängenden Teil eines Bog. 2°, aus dem Bl. 2 (ca 1 Bl. 2°) u. Bl. 3 (ca oberes Viertel eines Bl. 2°) unregelmäßig herausgeschnitten wurden. Ca 6 S. Bl. 3 v° leer. Textfolge Bl. 1 r°, 2 v°, 3 r°, 1 v°, 4 r°, Text auf Bl. 2 r° u. 4 v° verworfen. Partieller Textverlust durch Papierabbrüche am unteren Rand, ergänzt nach Druck bei Gerhardt (= S. 121 Z. 20–22 unseres Textes). — Gedr.: Gerhardt, *Math. Schr.* 7, 1863, S. 29–35.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für die Jahre 1680–1682 belegt. **[noch]**

Initia Mathematica

De quantitate

D e t e r m i n a n t i a sunt quae simul non nisi uni soli competunt.

[*Fig. 1*]

Ut duo extrema A. B. non nisi uni competunt rectae.

C o i n c i d e n t i a sunt; quae plane eadem sunt, tantumque denominatione differunt, ut via ab A ad B. a via a B ad A.



[*Fig. 2*]

11 f. qvantitate | et Ratione *gestr.* | *(1)* Homogenea erunt *(2)* Congrua *(3)* D e t e r m i n a n t i a *L* 15–115,2 coincidentia sunt congrua *am Rand erg. u. gestr. L* 15 f. eadem sunt, *(1)* soloqve respectu *(2)* tantumqve denominatione *(a)* a respectu aliqvo *(b)* differunt *L*

C o n g r u a sunt, quae si diversa sunt, non nisi respectu ad externa discerni possunt, ut quadrata C et D. Nempe quod eodem tempore sunt in diverso loco vel situ; vel quod unum C est in materia aurea, alterum D in argentea. Ita congruunt libra auri et libra plumbi. Dies hodiernus et hesternus. Punctum quodlibet congruit cuilibet alteri; ut et instans instanti.



[*Fig. 3*]

A e q u a l i a sunt quae vel congruunt (exempli gratia triangula EFH. EFG. IKL. LMI. GNE item rectangula $EFGN$ et $IKLM$) vel per transformationem congrua reddi possunt. (Ut triangulum HEG rectangulo $IKLM$. quia parte ipsius HEG nempe EFH transposita in GNE, quod fieri potest quia congruunt, tunc HEG transformatum erit in $FGEN$ congruum ipsi $IKLM$. Itaque HEG et $IKLM$ aequalia dicentur.) Itaque definiri possunt A e q u a l i a , quae resolvi possunt in suas partes diversas singula singulis alterius congruentes.



[*Fig. 4*]

1–5 qvorum determinantia congruunt ipsa congruunt, et contra *am Rand erg. u. gestr. L*
4 plumbi. *(1)* Hora hodierna est *(2)* Dies *L* 7–11 Aeqvalia aeqvalibus eodem modo tractata exhibent aeqvalia. Non contra *am Rand erg. u. gestr. L* 8 item ... IKLM) *erg. L* 11–116,1 dicentur | *(1)* generalius *(2)* itaqve ... congruentes *erg.* | *(a)* Hom *(b)* |) *erg. Hrsg.* | S i m i l i a *L*

Similia sunt in quibus per se singulatim consideratis inveniri non potest quo discernantur ut duo sphaerae vel circuli (vel duo cubi aut duo quadrata perfecta) A. et B. Ut si solus oculus sine aliis membris fingatur nunc esse intra sphaeram A nunc intra sphaeram B. non poterit eas discernere; sed poterit si ambas simul spectet, vel si secum membra alia corporis aliamve mensuram introrsum afferat, quam nunc uni nunc alteri applicet. Itaque ad similia discernenda opus est vel compraesentia eorum inter se, vel tertii cum singulis successive. [At in dissimilibus aliqua partium proportio notata in uno, quae non notatur in altero sufficit ad discernendum sigillatim. De quo postea pluribus.]

Homogenea sunt, quae aut similia sunt aut similia transformatione reddi possunt.

[*Fig. 5*]

Duae rectae sunt homogeneae, quia similes; sed et recta et arcus circuli homogeneae res sunt, quia circulus in rectam extendi potest.



[*Fig. 6*]

1–6 similia similiter tractata (1) sunt (2) exhibent similia. qvae similiter determinantur similia sunt *am Rand erg. u. gestr. L* 1 singulatim *(1)* spectatis *(2)* consideratis *L* 2 discernantur, *(1)* ut si *(a)* qvis sit intra *(b)* modo *(c)* nunc intra sphaeram A nunc intra sphaeram B ducatur, ⟨sed⟩ non | ut *nicht gestr.* | duo *(2)* | ut duo sphaerae vel *erg.* | circuli (vel duo | cubi aut duo *erg.* | qvadrata *L* 3 sine ... fingatur *erg. L* 6–8 itaqve ... pluribus] *erg. L* 9 f. Aeqvalia sunt homogenea *am Rand erg. u. gestr. L* 12 f. homogeneae *(1)* sunt *(a)* linea *(b)* qvantitat *(c)* res *(2)* res *L* 13–117,1 potest. | *(1)* Genera *(2)* itaqve possumus etiam definire homogenea qvae conveniunt in re per se infinita cuius conceptus *erg. u. gestr.* | Si *L*

7 f. [...]: Die eckigen Klammern stammen von Leibniz.

Si plura sint ut A vel B. et unum ut C. sintque in aliquo convenientia, et in his homogeneum insit ipsis A et B commune, omnia vero in ipsis homogenea, sint ipsi C communia; tunc illa plura dicentur partes integrantes unum illud dicetur totum.

Homogenea etiam definire possumus, quae in aliquo conveniunt, et in quo conveniunt alia quae in uno quoque eorum indefinite assumi possunt.

Minus est quod alterius (Majoris) parti aequale est. Quantitas est id quod rei competit, quatenus habet omnes suas partes, sive ob quod alteri (homogeneae cuicunque) aequalis major aut minor dici, sive comparari potest.

---

8 *Dazu, am unteren Rand:* [insere huc schedam adjectam aliunde abscissam sub signo ⊕

1 sintqve *(1)* A B C homogenea, et nihil homogeneum *(a)* ipsis sit *(aa)* in C *(bb)* in uno qvod non sit *(aaa)* vel in A vel in *(bbb)* in pluribus, plura autem ista nihil homogeneum ipsis commune habeant *(b)* tum plura inter se, tum cum uno Et rursus in uno qvoqve indefinitis modis *(2)* in aliqvo *L* 3–6 pars et totum homogenea sunt totum aeqvale omnibus partibus integrantibus, nam in totum transformantur conjunctione ergo coincidentia reddi possunt ergo congrua Homogenea qvorum unum altero nec maius nec minus est, ei aeqvalia sunt Maius majore est maius minore totum maius parte *am Rand erg. u. gestr. L* 6 aeqvale est *(1)* Numerus est homogeneum Unitatis.





fig. 1

[*Fig. 7*]

Q u a n t i t a s rei, ex. gr. fig. 1. areae $ABCD$ exprimitur per numerum ex. gr. quaternarium posito aliam rem, ut pedem quadratum $AEFG$ sumtum esse pro Mensura

---

2 *Dazu am Rand Einfügungszeichen:* ⊕



Ut si AB sit unitas seu unus pes, erunt AC. BD. AD. numeri integri scilicet duo pedes, tres pedes. At AE erit numerus dimidius $(\frac{1}{2})$. *(a)* | et *nicht gestr.* | *(b)* Et AF $\frac{3}{2}$ et AG $\frac{5}{2}$ | similiter si qvadratum ABMN sit unitas nempe unus pes qvadratus erit *(aa)* triangulum ADH *(bb)* qvadratum ADLH, 9. et triangulum AHD erit $\frac{9}{2}$ seu 4 et $\frac{1}{2}$ *erg.* | eruntqve hi numeri fracti. Sed si ducatur recta *(aaa)* HD. diagonalis qvadrati AHLD *(bbb)* BN diagonalis qvadrati ABMN ei utiqve etiam respondebit numerus posito AB esse unum pedem [transferantur huc qvae alibi jam de hac numeri definitione scripsi.] Q v a n t i t a s est numerus indefinitus rem exprimens, | qvi definietur *erg.* | posito aliam qvandam ei homogeneam sumtam esse pro unitate seu Mensura primaria [vide de hac definitione qvae etiam alibi notavimus] *(2)* Q v a n t i t a s *L* 2 f. numerum | ex. gr. qvaternarium *erg.* | posito *L*

---

2 fig. 1.: Fig. 7.

primaria seu Unitate reali. Est enim $ABCD$ quatuor pedum quadratorum. Si vero alia assumeretur unitas AHIK quae est quadratum semipedis AH, quantitas areae $ABCD$ esset 16. Itaque pro eadem quantitate diversus proveniet numerus prout assumitur unitas. Et proinde quantitas non est numerus definitus, sed materiale numeri seu numerus indefinitus, assumta certa mensura definiendus. Quantitates ergo exprimuntur vel numeris definitis, ut 1. 2. vel indefinitis seu literis aliisve characteribus. a. b. ⊙. ☽.

Numerus est homogeneum Unitatis. Adeoque comparari cum unitate eique addi adimique potest. Estque vel aggregatum unitatum qui dicitur integer, ut 2. (seu $1+1$.), item 3. 4. (seu $2+1$ sive $1+1+1$) vel aggregatum partium aliquotarum unitatis, qui dicitur Fractus, ut si unitas ex. gr. pes AB sit divisus in quatuor partes quartas, tunc res ut linea BH quae habet tres quartas pedis seu ter $\frac{1}{4}$ ita exprimetur $\frac{3}{4}$ isque fractus interdum reduci potest ad integrum, ut AB sive 2 est quater AH seu 4 dimidiae sive $\frac{4}{2}$; vel denique numerus est alio quodam modo per relationem ad unitatem determinatus; quae quidem relationes possunt esse infinitae sed maxime solennes sunt per radices. Nempe sit numerus 4 (pro quadrato $ABCD$ fig. 1.) quaeritur ejus radix quadrata (seu latus AB.) id est numerus qui per se multiplicatus facit 4. Is numerus erit 2. Itaque cum 2.2 sive aa sit 4. $\sqrt{4}$ ($\sqrt{aa}$) est 2 (a). Atque hoc casu radix reduci potest ad numerum communem seu rationalem. Sed interdum haec reductio non succedit. Ex. gr. quaeritur numerus qui per se ipsum multiplicatus faciat 2. Is neque est integer, (alioqui enim cum necessario sit minor quam 2 foret, unitas, at unitas per se multiplicata facit 1.) neque est fractus, quia omnis fractus per se ipsum multiplicatus producit alium fractum, ut

1 primaria *erg. L* 1 Est ... qvadratorum *erg. L* 6 f. a. b. ⊙. ☽. *(1)* Hinc aeqvalia sunt *(2)* Numerus *L* 9 f. qvi dicitur Fractus *erg. L* 10 in *(1)* tres partes tertias, *(a)* tunc et res alicuius qvantitatis *(b)* tunc res, qvae foret duas tertias *(2)* qvatuor *L* 11 ut ... habet *erg. L* 11 f. isqve | fractus *erg.* | interdum ... integrum, *(1)* ut $\frac{6}{3}$ ($\frac{8}{4}$) idem est qvod a seu 2. qvoniam a.3 est 6 seu ab est e. *(2)* ut AB *(aa)* est 4 AH *(bb)* siue 2 ... siue $\frac{4}{2}$ *erg. L* 13 est *(1)* aliqvid homogeneum unitati alio qvodam modo determinatum *(2)* alio *L* 14 per *(1)* signa radicalia *(2)* radices *L* 15 numerus 4 *(1)* (ABCD) *(2)* | (pro ... fig. 1.) *erg.* | qvaeritur *L* 16 f. cum ... sit 4. *erg. L*

$\frac{3}{2}$ producit $\frac{9}{4}$ sive $2+\frac{1}{4}$. Itaque non est numerus nisi irrationalis ut vocant, sive potius ineffabilis, ἄλογος s u r d u s , qui sic scribitur $\sqrt{2}$ vel $\sqrt{q}, 2.$ vel $\sqrt[2]{2}$ id est radix quadratica de 2. Posito enim hunc numerum esse, y: tunc ejus quadratum yy sive y^2 erit 2.



[*Fig. 8*]

Et ut appareat hunc numerum esse in rerum natura, i n f i g. 2. ducatur AF diagonalis quadrati $AEFG$. Sit AG 1. nempe unus pes, cujus quadratum est 1 (nempe ipsum spatium $AEFG$ seu unus pes quadratus,) tunc ipsa AF quam vocabimus y erit $\sqrt{2}$. Nam ejus quadratum yy. $AFBM$ est 2, (nempe duplus pes quadratus). Est enim quadratum $AFBM$ duplum quadrati $AEFG$. Nam dimidium ejus triangulum AFB. toti

2 ἄλογος s u r d u s , *erg. L* 5 i n f i g. 2 *erg. L* 9 qvadratum | AFLM *ändert Hrsg.* | duplum *L*

1 Itaque: Die Folgerung ist nicht ausreichend begründet, es müsste noch (wie im antiken Widerspruchsbeweis, vgl. ARISTOTELES, *Analytica priora*, 41a, 26–27, sowie EUKLEIDES, *Elementa*, X, 117) gezeigt werden, dass es keinen solchen Bruch gibt, dessen Quadrat auf die Zahl 2 reduziert werden kann.
5 f i g. 2.: Fig. 8.

$AEFG$ aequale est. Cum ergo numerum definierimus homogeneum unitati, utique debet aliquis esse numerus cujus ea sit relatio ad unitatem, quae est rectae AF ad rectam AG, sive posito AG esse 1. debet esse numerus quo exprimatur quantitas ipsius AF qui dicetur esse $\sqrt{2}$. AB autem erit 2.

Itaque si sit S c a l a AB. fig. 2 divisa in partes aequales duas, quatuor, octo, sedecim etc. atque ita porro subdivisa quantum libuerit, huic scalae utique recta quaelibet ipsa scala minor applicari, adeoque numeris explicari potest, et quidem vel exacte vel propemodum E x a c t e quidem, quando scilicet incipiens ab initio scalae A, incidit in aliquod punctum divisionis L ut AL cujus proinde numerus in partibus scalae habetur ex. gr. AE existente 1. tunc AL erit $\dfrac{3}{4}$ et tunc recta AL est scalae commensurabilis; id est datur earum mensura communis seu recta AN $\left(\dfrac{1}{4}\right)$ quae repetita tam scalam AB quam rectam AL efficit seu m e t i t u r. P r o p e m o d u m vero numeris recta scalae applicata explicari potest, quando non incidit in punctum divisionis, quantum vis scala subdividatur et quocunque modo instituatur divisio. Et talis recta ut AF est cum scala incommensurabilis, adeoque numeris rationalibus sine effabilibus explicari nequit, nisi propemodum. Quoniam tamen necesse est, ut AF scalae applicata seu translata in AP. incidat saltem inter duo divisionis puncta uti certe incidit inter 11 et 12, posito scalam AB in sedecim partes aequales esse divisam, quarum quaelibet est pars octava unitatis vel pedis AE. Hinc si AG vel AE latus quadrati sit pes, tunc diagonalis AF vel AP incidet inter $\dfrac{12}{8}$ (sive $\dfrac{3}{2}$) et $\dfrac{11}{8}$ pedis, adeoque si ⟨ipsi AF sive $\sqrt{2}$ vel y attribuas $\dfrac{3}{2}$, nimium, si $\dfrac{11}{8}$, parum tribues (nam quadratum a $\dfrac{3}{2}$ est $\dfrac{9}{4}$ id est plus quam $\dfrac{8}{4}$ seu 2 seu yy, et quadratum ab $\dfrac{11}{8}$ est $\dfrac{121}{64}$ quod est minus quam $\dfrac{128}{64}$ seu 2), error tamen semper⟩ minor una parte minima, in quam hoc loco unitas in scala divisa est, id est minor quam $\dfrac{1}{8}$. Et

4 esse $\sqrt{2}$. *(1)* Eodem modo AL autem erit 2. Prodeunt Quantitates (ut et numeri) vel ex simplicioribus compositae per Genesin vel contra ex compositis simpliciores per analysin. *(2)* AB autem *L* 5 fig. 2 *erg. L* 7 f. vel propemodum E x a c t e qvidem *erg. L* 14 et ... divisio *erg. L* 16 ut *(1)* cadat scalae applicata |tum *erg.*| *(2)* AF scalae applicata *(a)* tum, A manente F incidat inter duo puncta divisionis *(b)* seu *L* 19 diagonalis *erg. L* 23 unitas in *erg. L*

$\frac{1}{8}$ sive AQ erit propemodum mensura communis unitatis sive etiam scalae, et ipsius AF. Et quanto magis subdivisa erit scala eo minor erit error adeoque erit tam parvus quam quis velit, sive minor reddi potest quovis errore assignabili. Itaque AF et AG etsi sint incommensurabiles, sunt tamen h o m o g e n e a e , seu comparabiles, et inveniri potest mensura communis tam prope exacta ut error seu residuum sit minus data quantitate. Atque hoc est fundamentum a p p r o p i n q u a t i o n u m , et c o m p u t a n d a r u m T a b u l a r u m , itemque Logisticae binariae vel sexagenariae vel etiam d e c i m a l i s , si quidem scala in decem partes dividatur, et harum quaelibet in alias decem subdividatur, idque quantumlibet continuetur. Etsi enim scalae instrumentis satis subdividi non semper possint, mente tamen sive calculo ad summam exactitudinem, quae quidem i n p r a x i optari possit, procedi potest. Quod quomodo fiat infra apparebit.

[*Verworfener Abschnitt*]

R a t i o est homogeneum aequalitatis, adeoque si aequalitas spectetur ut unitas, quia tunc consequens in antecedente non nisi semel continetur, ratio erit numerus qui oritur ex divisione antecedentis per consequens, vel numerus quo exprimeretur antecedens, si consequens esset mensura primaria per quam caetera exprimi deberent sive Unitas. Etsi fortasse alia nunc unitas seu mensura primaria assumta sit. Ita ratio trium pedum ad pedem est tripla rationis quam habet pes unus ad seipsum, seu tripla unitatis; id est ternarius. Nam et si pes sit 1. tres pedes erunt 3. Unitas autem est ratio rei ad seipsam vel ad aequalem, cum una quantitais in altera non nisi semel contineatur. Sed Ratio unius pedis ad tres, id est ad unum tripodem (sumtis tribus pedibus pro unitate) est subtripla, seu tertia pars rationis quam habet tripus ad seipsum, seu tetia pars unitatis. Nam et si tripus esset 1. pes foret $\frac{1}{3}$ scilicet unitatis nempe tripodis. Ratio pedis ad dipodem est subdupla seu dimidia rationis quam habet dipus ad seipsum, id est unitatis. Ergo est

3 reddi potest *erg. L* 4 h o m o g e n e a e , *(1)* id est *(2)* | seu comparabiles, et *erg.* | inveniri *L* 13 *(1)* R a t i o Rei *(a)* ad aliam *(b)* (Antecedentis) ad aliam Homogeneam (conseqventem) est numerus qvo exprimeretur antecedens; posito conseqvens esse unitatem. | Etsi fortasse alia nunc unitas assumta sit *erg.* | [*(2)* R a t i o *(3)* R a t i o *L* 14 qvia ... continetur, *erg. L* 17 seu mensura primaria *erg. L* 19 f. Nam ... cum *(1)* una contineri in altera non nisi semel *(2)* una ... contineatur *erg. L* 22 f. Nam ... tripodis *erg. L*

$\frac{1}{2}$. Nam et si dipus esset 1. pes foret $\frac{1}{2}$ scilicet unitatis nempe dipodis. Et ratio trium pedum ad dipodem seu 3 ad 2 est ter ratio unius pedis ad dipodem seu tripla subdupla, sive tres dimidiae sive $\frac{3}{2}$. Adeoque si dipus esset 1. tunc tres pedes forent tres dimidiae seu $\frac{3}{2}$ unius dipodis.

Proportionalia sunt quorum eadem est ratio.



[*Fig. 8a*]

Ut numeri 3 ad 2 eadem est quae numeri 6 ad 4. Est enim rectae AC ad rectam BC eadem semper ratio, adeoque et numerorum quibus AC et BC exprimuntur eadem erit ratio licet diversa assumta sit unitas.

[*Fortsetzung des gültigen Textes*]

Dimensiones sunt quantitates diversae (interdum heterogeneae[)], quae in se invicem duci intelliguntur, ita scilicet ut una tota applicetur cuilibet parti alterius.

1 Nam ... dipodis *erg.* *L* 3–5 sive $\frac{3}{2}$. | adeoqve ... dipodis *erg.* | *(1)* Unde patet rationem esse | qvantitatem seu *erg.* | numerum seu antecedentem divisum per conseqventem.] Qvae omnia constant, modo ponamus rationem qvantitatis ad seipsam, seu rationem aeqvalium esse unitatem, qvia idem in seipso continetur semel, et eodem posito *(2)* Proportionalia *L* 12 duci *(1)*, *(a)* id est ita sibi applicari *(b)* id *(2)* intelliguntur *L* 13–124,2 alterius. *(1)* ita ex ductu latitudinis AB in longitudinem BC fit area (servato eodem semper angulo *(2)* Exempli *L*



[*Fig. 9*]

Exempli causa ex ductu latitudinis AB duorum pollicum in longitudinem BC trium pollicum linearium (ita ut anguli A. B. C. e. f semper congruant seu iidem sint, qui dicuntur recti, qui est simplicissimus lineam rectam in rectam ducendi modus) fit rectangulum ABC. quod est duarum dimensionum, et sex pollicum sed quadratorum.



[*Fig. 10*]

Ex ductu longitudinis CB, 2. latitudinis BA, 3 altitudinis AD, 4 in se invicem fit rectangulum solidum $CBAD$ quod est trium dimensionum, seu viginti quatuor pollicum cubicorum (2 $\frown$ in 3 $\frown$ in 4). Cuilibet enim ex baseos ABC sex quadratillis seu pollicibus

5 qvod ... sex *(1)* pedum *(2)* pollicum sed qvadratorum *erg.* *L* 7 in se invicem *erg.* *L* 8 qvatuor *(1)* pedum *(2)* pollicum *L* 9–125,1 seu *(1)* pedibus *(2)* pollicibus qvadratis, *(a)* insistunt qvatuor cubuli *(b)* (ut *L*

quadratis, (ut quadratillo AEF) insistunt quatuor cubuli seu unitates cubicae sive pollices cubici (nempe columna seu prisma $FEAD$ ex quatuor pollicibus cubicis sibi impositis constans[)].

Nec vero putandum ut hactenus crediderunt, dimensionem spectari in solis figuris, adeoque rem altioris gradus seu plurium dimensionum quam trium dimensionum esse imaginariam. Etsi enim spatium per se habeat tantum tres dimensiones, corpus tamen potest habere multo plures, ex. g. duo corpora unum aureum alterum argenteum habent praeter considerationem molis seu spatii, quod occupant, etiam considerationem gravitatis specificae, quae in qualibet parte molis spectatur. Ita gravitate specifica pollici cubici argenti posita ut 55 auri ut 99 unciarum (ea enim fere proportio est) erit pondus solidi $CBAD$ si aureum sit $2 \frown 3 \frown 4 \frown 99$ (seu $24 \frown 99$ sive) 2376 unciarum; sin argenteum sit solidum erit unciarum $2 \frown 3 \frown 4 \frown 55$ seu ($24 \frown 55$) 1320 unciarum. Itaque pondera ista sunt quatuor dimensionum; ex ductu scilicet molis seu spatii tridimensi, in corpus ipsum seu pondus. Potest etiam praeter pondus mortuum accedere impetus ex descensu gravis aliquamdiu continuatus; unde nascitur percussio quae est quinque dimensionum, ex mole tridimensa, corporis ponderositate et tempore lapsus in se invicem ductis. Ita si una ulna quadrata panni valeat tres nummos imperiales duae ulnae valebunt bis tres imperiales seu sex. Et pretium hoc est duarum dimensionum, quod si idem pannus sit quatuor ulnas latus, erit pretium ejus 2.3.4 seu 24 imperialium, adeoque trium dimensionum ex ductu in se invicem longitudinis, latitudinis, pretiositatis id est pretiositatis seu bonitatis intrinsecae in quantitatem seu bonitatem extrinsecam. Ita pretium aggeris est quatuor dimensionum, spectatur enim in eo longitudo quae sit pedum 100. latitudo 12. altitudo 20, et firmitas seu bonitas intrinseca sit talis, ut pes cubicus valeat decem nummos. Erit valor ejus $100. \frown 12. \frown 20. \frown 10.$ nummorum seu 24000[0] ut proinde ductus dimensionis in dimensionem, sit exhibitio realis, multiplicationis mentalis.

Ex his definitionibus sequentia Axiomata duci possunt.

Quae iisdem (vel coincidentibus) determinantur (eodem scilicet modo) coincidunt. Ut coincidunt duae rectae, quarum duo extrema coincidunt.

1 f. sive *(1)* pedes *(2)* pollices *L* 2 quatuor | pedibus *ändert Hrsg.* | cubicis *L* 5 altioris gradus seu *erg. L* 9 f. ita *(1)* | si *nicht gestr.* | pes cubicus auri esset *(2)* gravitate specifica | pollici cubici *erg.* | argenti posita *(a)* 99 *(aa)* argenti *(bb)* auri 55 Habe *(b)* ut 55 *L* 10 unciarum *(1)* Et ita pondus pedis vel pollicis cubici aurei sit 99. | vel unciarum *erg.* | argentei 55, erit *(2)* (ea enim fere *(a)* proport *(b)* ratio est *(c)* proportio *L* 16 tridimensa, *(1)* pondere *(2)* corporis *L* 23 firmitas seu *erg. L* 27 f. Qvae iisdem ... extrema coincidunt *erg. L*

Quae coincidunt ea multo magis congruunt. Seu idem congruit sibi.

Quae congruentibus determinantur (eodem scilicet modo) congrua sunt. Ut quia triangulum datur, datis tribus lateribus, hinc si tria trianguli latera respondentia respondentibus congruant congruent triangula.

Quae congruunt ea multo magis aequalia sunt.

Aequalia eadem sumta mensura eodem numero exprimuntur; sive ejusdem sunt quantitatis, cum enim inter se congrua reddi possint, eidem mensurae primariae seu unitati eodem modo repetitae, eodem modo congruere poterunt. Unde idem prodit numerus.

Aequalia eodem modo secundum quantitatem tractata exhibent aequalia.

Similia similiter tractata exhibent similia, ideo Quae similiter similibus determinantur similia sunt. Determinari autem intelligo iis conditionibus designari quae simul non nisi in unum cadere possunt: Itaque quod ita determinatur, id plane exhibetur.

Similia et aequalia simul, sunt congrua. Nihil enim superest quo discerni possint, sive sigillatim sive simul spectentur nisi referantur ad externa; ut locum et tempus aliaque accidentia.

Ratio non est nisi inter homogenea. Patet ex definitione.

Quorum unum altero majus minus aut aequale est homogenea sunt. De aequalibus manifestum est, possunt enim congrua reddi, adeoque et similia. Minus quoque majori homogeneum, quia ejus parti aequale adeoque homogeneum est, pars autem est homogenea toti. Atque ideo non dicemus lineam minorem superficie, aut ejus partem, nec angulum contactus, partem rectilinei aut eo minorem. Si quis tamen partem latius sumat, pro omni quod quantitatem habet, et quantitatem habenti inest, poterit dicere lineam esse superficie minorem.

Pars minor est toto. Est enim aequalis parti ejus, nempe sibi ipsi.

Totum est aequale omnibus partibus cointegrantibus. Coincidunt enim; vel certe si conjungantur quia totum componunt coincidentia reddentur. Adeoque et congruent.

1–4 Seu ... triangula *erg.* *L* 5 f. sunt *(1)* Aeqvalia eodem modo | secundum qvantitatem *erg.* | tractata exhibent aeqvalia *(2)* Aeqvalia *L* 7 primariae seu unitati *erg.* *L* 8 modo *(1)* congruent *(2)* repetitae *L* 11 sunt *(1)*; seqvitur ex praecedenti *(2)*. Determinari *L* 14–17 spectentur | nisi ... accidentia *erg.* | . | Ratio ... definitione *erg.* | Qvorum *L* 22 dicere *(1)* partem. *(2)* angulum contactus rectilineo minorem. *(3)* lineam *L* 25 partibus *(1)* integrantibus *(2)* cointegrantibus *L* 26 conjungantur | qvia totum componunt *erg.* | coincidentia *(1)* reddi possunt *(2)* reddentur *L* 26–127,1 congruent *(1)* Maius majore est ⟨nam⟩ *(2)* pars *L*

Pars partis est pars totius. Adeoque minus minore est minus majore. Nam parti minoris aequale est; ergo et parti majoris, parti scilicet partis majoris.

[*Verworfener Abschnitt*]

Homologorum pro uno similium assumtorum eadem inter se ratione.



[*Fig. 10a*]

Exempli gratia similia sunt quadrata $ABCD$ et $EFGH$. In priore quadrato habemus latus AB. Ambitum $ABCDA$ diagonalem AC. Circulum inscriptum. Circuli circumscripti circumferentiam. Aream quadrati. Aream circuli. In altero quadrato habemus respondentia: Latus EF. Diagonalem EG. Ambitum $EFGHE$. Circulum circumscriptum. Ejus aream. Quadrati ipsius aream. Possemus et utrobique Circulos inscribere, aliaque multa peragere. Hinc dico esse latus in uno ad suum diagonalem, in ea ratione in qua latus alterum etiam est ad suum diagonalem. Nam alioqui is qui in uno quadrato erit, et postea sigillatim in altero posset ea discernere, notans in uno rationem illam lateris et diagonalis esse ab ea quae est in alio diversam. Nos autem definivimus similia, quae sigillatim spectata discerni non possunt. Eandem ob causam peripheria circuli unius est ad suam diametrum, ut peripheria Circuli alterius est ad suam. Item area circuli unius est ad suae diametri quadratum; ut area circuli alterius etiam est ad suae diametri quadratum. Hinc inferre statim possemus peripherias esse inter se ut diametros;

2–4 majoris. *(1)* Qvae in similibus homologa sunt siue sibi respondentia ea sunt proportionalia *(2)* Homologorum pro uno *(a)* simili inter se, eadem est qvae homologorum seu respondentium pro alio simili *(b)* similium *L*   6 f. EFGH *(1)* itaqve ⟨—⟩ sunt ab una parte *(2)* In priore qvadrato *(a)* habentur: *(aa)* AB *(bb)* latus AB *(aaa)* peripheria qvad *(bbb)* ambitus ABCDA diagonalis *(b)* habemus *L*   8 f. habemus *(1)* eadem omnia *(2)* respondentia *L*   13 f. illam |lateris et diagonalis *erg.*| esse *(1)* diversam qvam in alio *(2)* ab *L* et circulos ut quadrata diametrorum. Et eodem modo Sphaeras ut diametrorum Cubos et triangulorum similium latera homologa esse proportionalia, si demonstratum jam esset rationum permutatio. Itaque ope hujus axiomatis pleraque theoremata Geometrica ab aliis magno molimine comprobata, nullo negotio demonstrantur, et novum habemus principium inveniendi. Cum alias circulos esse ut quadrata diametrorum, et sphaeras ut cubos, Euclides per deductionem ad absurdum demonstrare sit coactus Archimedes autem sine demonstratione assumserit, similium figurarum centra gravitatis esse similiter posita. Quae omnia ex nostra definitione similitudinis, quae hactenus nulli quod sciam in mentem venit sponte nascuntur. Idem principium valet non in Geometria tantum, sed et in aliis omnibus, ubi quantitas et qualitas conjunguntur.

Heterogenea autem non debent comparari inter se, neque enim ratio nisi inter homogenea est; alioqui oriretur absurdum. Exempli causa si latus AB esset ad sui quadrati $ABCD$ aream, ut alterum latus EF est ad aream quadrati sui $EFGH$, tunc (per ea quae suo loco demonstrabuntur) permutando forent latera AB et EF, inter se, ut quadrata $ABCD$, et $EFGH$.



[*Fig. 10b*]

1 Et ... Cubos *erg. L* 3–10 itaqve ... principium *(1)* demonstrandi *(2)* inveniendi ... principium *(a)* non in Geometria tantum, sed et in aliis omnibus, ubi qvantitas et forma spectantur, usum habet *(b)* valet ... qvalitas conjunguntur *erg. L*

6–8 Euclides ... posita: Vgl. EUKLEIDES, *Elementa*, XII, 2 u. 18; ARCHIMEDES, *De planorum aequilibriis*, I, post. 5.

Quod est absurdum, nam si exempli causa EF est duplum ipsius AB tunc quadratum ab EF est quadrati ab AB non duplum sed quadruplum. Et cubus cubi duplo longioris non duplus sed octuplus. Idem est in circulis et sphaeris, quod in quadratis et cubis.

Aequimultiplorum eadem ratio est quae simplorum, patet ex his quae diximus ad definitionem proportionalium. Nam sex pedum ad tres eadem ratio quae duorum tripodum ad unum. Quoniam idem est tripus quod tres pedes. Eorundem autem eadem ratio est, et si diversimode enuntientur, prout alia atque alia unitas seu Mensura primaria assumitur.

Aequidivisorum eadem ratio est, quae integrorum. Nam integra sunt aequimultipla aequidivisorum.

Hinc simul aequimultiplorum et aequidivisorum eadem ratio est. Sint duo A et B. erit dupli A ad duplum B eadem ratio quae A ad B. Item tertiae partis A ad tertiam partem B, eadem ratio quae A ad B, et duarum tertiarum partis A ad duas tertias ipsius B eadem ratio quae A ad B.

Ratio rationi componitur, si, antecedens ducatur in antecedentem, consequens in consequentem, ratio factorum dicitur composita simplicium, ita ratio areae rectangulae unius ad aliam est in ratione composita longitudinum et latitudinum. Hinc rationum compositio est rationis per rationem multiplicatio.

R a t i o   c o m p o s i t a dicitur A ad C ex ratione A ad B et B ad C. Hinc ratio facti ex ductu A in B, ad factum ex ductu B in C, composita est ex rationibus A ad B et B ad C. Nam ratio facti ex A in B est ad factum ex B in C, ut A ad C (quia aequimultipla sunt, A in B et B in C ergo eandem habent rationem quam simpla A et C. per praecedentem) et ratio composita ex A ad B et B ad C etiam est A ad C.

Hinc rationes ex iisdem compositae eaedem sunt. Sint rationes A ad B et B ad C. et ratio L ad M et M ad N. Sitque ratio L ad M eadem rationi A ad B ratio vero M

3 f. cubis *(1)* Si qvis qvantitatem et rationem non revocet ad numeros, poterit Qvantitatem def *(2)* Ratio A ad C composita dicetur ex ratione A ad B et B ad C. *(a)* Ratio *(b)* hinc demonstratur statim permutatio rationum; qvoniam enim ex aeqvalibus *(c)* Ex aeqvalibus rationibus compositae rationes sunt aeqvales inter se (3) Ratio AB ad CD c o m p o s i t a *(a)* est *(b)* dicitur ex ratione A ad C et C ad D *(4)* Ratio facta ex ductu A in B et ex *(5)* Factum *(6)* Qvia Aeqvimultiplicata eadem *(a)* fiet priore qvidem modo A in B ad B in C aeqvalis *(b)* componendo fiet A in B ad B in C et L in M ad M in *(7)* Nam priore qvidem modo fit *(8)* Aeqvimultiplorum *L*   4 qvae simplorum *erg. L*   5 proportionalium *(1)* ubi 6 ad 3 ut 4 ad 2 vel ut 2 ad 1. qvia *(2)* Nam *L*   22 ex A | et *ändert Hrsg.* | B et *L*   23 ex *(1)* aeqvalibus compositae aeqvales *(2)* iisdem *L*   24 sitqve ratio L ad M *(1)* aeqvalis *(2)* eadem *L*
24–130,1 vero M ad N *(1)* aeqvalis *(2)* eadem *L*

ad N eadem rationi B ad C. Ergo erit ratio A ad C eadem rationi L ad N. Quia quae iisdem vel coincidentibus iisdem eodem modo determinantur coincidunt. Hinc sequitur etiamsi alius in una compositione esset rationum coincidentium ordo quam in alia tamen compositos coincidere.

[*Fortsetzung des gültigen Textes*]

Duo homogenea habent communem mensuram quantumvis exacte propinquam. Ostendimus supra cum scalam explicaremus. Si duorum homogeneorum unum altero neque majus neque minus est, erit aequale. In scala supra posita, comparentur AG et AE. appliceturque AG ipsi scalae et puncto A manente incidet punctum G inter B et A posito AG esse minus quam AB. Ponamus jam demonstrari posse quod recta AG translata in AB, manente puncto A punctum G neque incidat intra E et B, neque inter A et E id est quod AG nec sit major nec minor quam AE. Utique punctum G incidet in ipsum punctum E. adeoque AG erit ipsi AE aequalis. Quod de duabus rectis, idem demonstrari potest de omnibus homogeneis nam omnia possunt reddi similia, et ubi similia reddita sunt, si nec magnitudine differunt nullo modo per se discerni poterunt, sed congrua erunt, adeoque cum congrua reddi possint, aequalia sunt.

1 A ad C *(1)* aeqvalis *(2)* eadem rationi L ad N. *(a)* Nam AB aeqv BC *(b)* AB aeqv *(c)* ratio A in B ad B in C aeqv *(aa)* A ad C *(bb)* rationi A ad C ⟨—⟩ et ratio L in M ad M in C aeqvalis rationi L ad C. Est autem A in B ad B in C aeqvalis L in M ad M in N. *(d)* Qvia *L* 3 etiamsi *(1)* transpositae essent rati *(2)* alius *L* 4 coincidere | , sit enim A ad B eadem ipsi M ad N, et B ad C eadem ipsi L ad M. nihilominus ut ante componendo fiet tamen utraqve modo A in B ad B in C, et L in M ad M in N *gestr.* | *L* 10 qvod *(1)* punctum G nec incidit inter *(2)* recta *L* 13 ipsi | AG *ändert Hrsg.* | aeqvalis *L* 15 sunt, *(1)* | possunt *nicht gestr.* | repraesentari per rectas, aut *(2)* si *L* 15 modo *(1)* different, sed congrua erunt *(2)* per *L*

7 supra: s. o. Fig. 8.

21 (57631). SUMMA SERIEI BINARIAE
[1677 – 1716 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 2a Bl. 64. 1 Zettel ca $12,9 \times 3,6$ cm. Risskante unten. 1 S.

Datierungsgründe: **[noch]**

$\odot = 2^e + 2^{e-1} + 2^{e-2} +$ etc. usque ad 2^{e-e} seu $+1 = 2^{e+1} - 1$. Mirum hanc aequalitatem non apparere directe sed per ambages. Nam oportet $\odot = 2^e + 2^{e-1} + 2^{e-2} +$ etc. $+1$ multiplicare per $2 - 1$ et prodit $2 - 1. \odot = 2^{e+1} - 1$, sed $2 - 1 = 1$ et $1. \odot = \odot$ ergo $2^{e+1} - 1 = \odot$. Cui autem facile in mentem veniet uti hoc artificio? Unde patet quam sit interdum difficilis inventio rationum per analysin quandam determinatam, et quae sit in potestate.

7 ambages *(1)* Nam si *(2)* Nam *L*

22 (58285). ELEGANS DEMONSTRANDI MODUS IN LINEIS
[Erste Hälfte 1682 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XIII 3 Bl. 181. 1 Bl. ca 8°. 1 S. Unten Risskante.

Datierungsgründe: Das Wasserzeichen des Papiers ist für 1682 belegt. Der Text dürfte vor der Publikation von *Unicum opticae, catoptricae, et dioptricae principium, Acta eruditorum*, Juni 1682, S. 185–190, entstanden sein.

Elegans demonstrandi modus in lineis



[*Fig. 1*]

Angulum incidentiae ABF, et reflexionis CBD esse aequales ostendit Ptolemaeus, quia aggregatum rectarum $AB + BC$ est omnium possibilium minimum, seu minus aliis quibuscunque inter eadem puncta AB. BC ut $AD + DC$. Consentaneum enim naturam ex A in C egisse per brevissimam viam nempe per B. Demonstrandum est ergo $AB+BC$ esse minores quam $AD+DC$. Jungatur$AB+BC$ in unam rectam AE, ita ut BE aequetur ipsi BC. Ideo autem jungi utile est, quia ductu linearum aliquid de toto hoc demonstrare volumus. Exhibendum est ergo hoc totum. Rursus quia volumus ostendere duas quasdam ut $AD+DC$, esse tertia AE majores, idem est ac si diceremus fieri posse Triangulum cujus basis sit AE, crura AD et DC. Neque enim alia commodiore ratione in lineis exprimere possumus duas quasdam rectas simul esse tertia majores. Tantum ergo quaeritur an focis

9 ostendit: Leibniz bezieht sich auf die damals Ptolemaios zugeschriebene Katoptrik, als deren Autor jetzt Heron von Alexandria gilt (vgl. HERON, *Opera*, II,1, 1900, S. 316–365, insbesondere S. 324 bis 328).

A. E. filo cujus longitudo $AE + AD + AC$ ellipsis describi possit. Sed hic feliciter evenire apparet, ut tam longe iri necesse non sit, nam feliciter evenit ut ipso situ ipsarum AB, AD retento juncta DE, sit aequalis ipsi DC, nam triangula DBE, et DBC latus habent commune BD, aequalia BE, BC, et angulos aequales DBC, et DBE, ergo et reliquum latus DE reliquo DC aequale erit. Est autem semper in Triangulo AE minus quam $AD + DE$, ergo et $AB + BC$ minus quam $AD + DC$. Quod erat dem.

23 (58312). DE QUADRATURAE ANALYTICAE COMMUNIS CIRCULI ET HYPERBOLAE IMPOSSIBILITATE

Januar 1679

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 V 6 Bl. 7. 1 Bl. 8°. 1 S.

Januar. 1679

De quadraturae analyticae communis Circuli et Hyperbolae impossibilitate

Duae supersunt viae ad inveniendam Circuli et Hyperbolae ejusve partis alicujus definitae quadraturam analyticam communem aut demonstrandam ejus impossibilitatem. Una est si inveniatur ejus valor analyticus in terminis ordinariis vel transcendentibus ope alicujus numeri rationis effabilis aut ineffabilis exponentem ingredientis, quod unum mihi quaerendum potissimum superesse videtur ad absolvendum problema (verbi gratia si res reducatur ad quantitatem, qualis est: $\sqrt[\sqrt{2}]{2}$).

Altera via est ut videamus ex quibus causis obtingere vel demonstrari possunt quadraturae particulares, sunt enim eae causae finitae et enumerabiles, ex exclusis omnibus a circulo, utique demonstratam habebimus quadraturae partis ejus cujuscunque impossibilitatem.

24 (59023). NOTAE AD ARITHMETICAM ET DYADICAM [1677 – 1716 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 IV 12 Bl. 3. 1 Zettel ca 16, 6 × 7, 3 cm. Risskante unten. $1\frac{1}{2}$ S.

Datierungsgründe: [**noch**]

Non sequitur $bx = by$, ergo $x = y$, nisi constat b non esse 0. Exempli causa in dyadicis talis mihi aliquando calculus venit $m = qu(\varphi - p)$ ubi m, ϕ, p sunt notae dyadicae, quarum quaelibet valet 1 vel 0. Esto jam $n = pm = \varphi\varphi - 2\varphi p + pp, p$ hoc est in dyadicis $pm = \varphi + p - 2\varphi p, p = \varphi p + p - 2\varphi p = p - \varphi p = p, 1 - \varphi = n$ fit ergo $p, 1 - \varphi = p, \varphi + p - 2\varphi p = p.qu(\varphi - p)$. Non tamen inde sequitur esse $1 - \varphi = qu(\varphi - p)$, nisi cum constat p non esse 0. Nam si p est 0 fit utiq. $p, 1 - \varphi = p, qu(\varphi - p)$ nam utrumque est aequale nihilo. Sed si p sit 1 (nam utique p est vel 1 vel 0 cum sit nota dyadica) fiet utique $1 - \varphi = qu(\varphi - p) = qu(\varphi - 1)$. Nam si si φ sit 0, fiet $1 = qu(-1)$ et si φ sit 1 fiet $0 = qu(0)$.

6 seqvitur *(1)* $\mathrm{b}, 1 - \mathrm{c} = \mathrm{bff}$ *(2)* $\mathrm{bx} = \mathrm{by}$ *L* 8 $\mathrm{n} =$ *(1)* p, mpm *(2)* $\mathrm{pm} = \varphi\varphi - 2\varphi\mathrm{p} + \mathrm{pp}$ *L*
9 $\mathrm{pm} = \varphi + \mathrm{p} - 2\varphi\mathrm{p}, \mathrm{p}$ *(1)* et $\mathrm{pm} =$ *(2)* $=$ *L*

[*Auf der Rückseite, quer geschrieben:*]

1.	1.	1.	1.	1.	1.	1.	1.	1
1.	2.	3	4.	5.	6.	7.	8.	9
1.	3.	6	10.	15.	21.	28.	36.	45
1.	4.	10	20.	35.	56.	84.	120.	165
1.	5.	15	35.	70.	126.	210.	330	
1.	6.	21	56.	126.	252.	462		
1.	7.	28	84.	210.	462			
1.	8.	36	120.	330.	792			
1.	9.	45	165.	495.	1287			
1.	10.	55	220.	715.	2002			
1.	11.	66	286.	1001.	3001			
1.	12.	78						
1.	13.	91						
1.	14.	105						
1.	15.	120						
1.	16.	136						
1.	17.	153						
1.	18.	171						
1.	19.	190						
1.	20.	210						

25 (59123). DIOPHANTEA SEU ARITHMETICA FIGURATA ABSOLUTA METHODO DYADICA [1677 – 1716 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 III A 16 Bl. 27. 1 Zettel ca 20,4 × 6,2 cm. Risskante unten. 1 S.

Datierungsgründe: **[noch]**

NB. NB. NB. NB. Diophantea seu Arithmetica figurata absoluta methodo dyadica

Mirabilis succurrit usus dyadicae pro dioφanteis; quibus videtur praestari quicquid in eo genere possible est. Semper res reducenda est prius eo, ut opus sit numeris integris quod semper possum, unde numeri assumantur per dyadicas formulas indefinitas, ubi illud egregium quod ad nullas assurgitur potentias.

26 (59308). ZU CLAVIUS, EUCLIDIS ELEMENTORUM LIBRI XV [1677 – 1716]

Überlieferung: *LiH* Marginalien, Korrekturen, An- und Unterstreichungen in: Chr. Clavius, *Euclidis Elementorum Libri XV; Accessit liber XVI. De Solidorum Regularium cuiuslibet intra quodlibet comparatione*, Frankfurt 1607: Hannover *GWLB* Leibn. Marg. 226. — Clavius' Text ist die Bogen- bzw. Seitenzählung der Ausgabe von 1607 in eckigen Klammern vorangestellt, gedruckte Marginalien werden in die Fußnoten zum Text eingefügt. Nicht wiedergegeben werden die zusätzliche Nummerierung der Propositionen in römischen Ziffern am Rand, Hervorhebungen und Akzente des Druckes sowie Marginalien und Unterstreichungen in den *Prolegomena*, die einem Vorbesitzer zuzurechnen sind. Marginalien von Leibniz erscheinen als Fußnoten zum Text bzw. zu den Figuren, ebenso Anstreichungen am Rand, Unterstreichungen werden durch Sperrung der entsprechenden Passagen hervorgehoben. Texteingriffe von Leibniz werden im Variantenapparat dokumentiert.

Datierungsgründe: Das Buch war ursprünglich im Besitz des Fürstlich Braunschweig-Lüneburgischen Bauverwalters Caspar Dauthendey († 1639 oder 1644). **[noch]**

[a^* r^{o}]

Propositiones omnium XVI. librorum, qvarum eas, qvae in lib. 5. 14. 15. & 16. Euclidis non sunt, quamuis in numerum propositionum relatae sint, alio charactere expressimus.

Primi libri.

1 Svper data recta linea terminata triangulum aequilaterum constituere.

2 Ad datum punctum, datae rectae lineae aequalem rectam lineam ponere.

3 Dvabvs datis rectis lineis inaequalibus, de maiore aequalem minori rectam lineam detrahere.

. . .

---

22 •

23 • per 1

24 f. • per 2

7 Svper eadem recta linea, duabus eisdem rectis lineis aliae duae rectae lineae aequales, vtraque vtrique, non constituentur, ad aliud atque aliud punctum, ad easdem partes, eosdemque terminos cum duabus initio ductis rectis lineis habentes.

8 Si duo triangula duo latera habuerint duobus lateribus, vtrumque vtrique, aequalia; habuerint vero & basim basi aequalem: Angulum quoque sub aequalibus rectis lineis contentum angulo aequalem habebunt.

9 Datvm angulum rectilineum bifariam secare.

10 Datam rectam lineam finitam bifariam secare.

11 Data recta linea, a puncto in ea dato, rectam lineam ad angulos rectos excitare.

12 Super datam rectam lineam infinitam, a dato puncto, quod in ea non est, perpendicularem rectam deducere.

[a^* v^o]

. . .

16 Cvivscvnqve trianguli vno latere producto, externus angulus vtrolibet interno, & opposito maior est.

. . .

20 Omnis trianguli duo latera reliquo sunt maiora, quomodocunque assumpta.

1–3 per 4

4–6 per 7

7 • per 3, 1, 8

8 • per 9, 4

9 • per 3, 1, 8

10 f. • per 10, 8

14 f. Hinc infertur Circulum et rectam non posse sibi occurrere in plus quam duobus punctis ad p. 65.

17 5. 19. vel 9. 16. 19

2,21 per | 1, *gestr.* | 9, 4 *L*

. . .

22 Ex tribus rectis lineis, quae sunt tribus datis rectis lineis aequales, triangulum constituere. Oportet autem duas reliqua esse maiores omnifariam sumptas: quoniam vniuscuiusque trianguli duo latera omnifariam sumpta reliquo sunt maiora.

23 Ad datam rectam lineam, datumque in ea punctum, dato angulo rectilineo aequalem angulum rectilineum constituere.

. . .

[*a** *2r°*]

. . .

31 A dato puncto, datae rectae lineae parallelam rectam lineam ducere.

32 Cvivscvnqve trianguli vno latere producto: Externus angulus duobus internis, & oppositis est aequalis: Et trianguli tres interni anguli duobus sunt rectis aequales.

. . .

36 Parallelogramma super aequalibus basibus, & in eisdem parallelis constituta, inter se sunt aequalia.

. . .

42 Dato triangulo aequale parallelogrammum constituere in dato angulo rectilineo.

43 In omni parallelogrammo, complementa eorum, quae circa diametrum sunt, parallelogrammorum, inter se sunt aequalia.

2–4 per 3.

5 f. per 22, 8.

10 • per 23, 27

11 f. • datis duobus angulis trianguli tertium invenire per 31, 29, 13

14 f. 34, 29, 4

17 • 10, 23, 35, 41, 38

3,24 34, | 33, 35 *erg. u. gestr.* | 29, 4 *L*

44 Ad datam rectam lineam, dato triangulo aequale parallelogrammum applicare, in dato angulo rectilineo.

45 Ad datam rectam lineam, dato rectilineo aequale parallelogrammum constituere, in dato angulo rectilineo.

46 A data recta linea quadratum describere.

47 In triangulis rectangulis, quadratum, quod a latere rectum angulum subtendente describitur, aequale est eis, quae a lateribus rectum angulum continentibus describuntur, quadratis.

. . .

[a^* $3\,r^o$]

Tertii libri.

. . .

[a^* $3\,v^o$]

. . .

17 A dato puncto rectam lineam ducere, quae datum tanget circulum.

. . .

[c^* $4\,v^o$]

---

1 f. • 42, 31, 15, 43

3 f. • 44, 29, 14, 34, 30

5 11, 28, 33, 34

6–8 • datis duobus quadratis tertium aequale exhibere
46, 31, 14, 4, 41
Aliter 34, 29, 26, 28, 33, 34, 33, 35
Aliter 41
Aliter 29, 26, 33, 35

15 Oportet autem ut punctum non sit intra Circulum.

Index problematvm ac theorematvm, qvae praeter propositiones in sexdecim libris Euclidis contentas in hisce commentariis demonstrantur.

...

[d* 5 v°]

In sexto libro.

...

[[*d* * 7 *v*°]]

...

39 Propositis tribus terminis Geometrice proportionalibus siue aequalibus, siue inaequalibus: Summa ex primo semel, secundo bis, & tertio semel collecta; ac summa conflata ex secundo & tertio semel; ac tertius semel, sunt Geometrice proportionales. Ad propos. 17.

[*1*]

Evclidis Elementvm primvm.
Definitiones.

...

[*14*]

9–12

$$\left\{\begin{array}{cccccccc}
 & & & A. & B. & C & & \\
1 & 2 & 1 & 1A & + & 2B & + & 1C \\
 & 1 & 1 & & & 1B & + & 1C \\
 & & 1 & & & & & 1C \\
\multicolumn{8}{c}{AC+2BC+CC} \\
\multicolumn{8}{c}{\text{aequ.}} \\
\multicolumn{8}{c}{BB+2BC+CC} \\
\multicolumn{8}{c}{\text{quia } AC=BB}
\end{array}\right.$$

XVII.

Diameter autem circuli, est recta quaedam linea per centrum ducta, & ex vtraque parte in circuli peripheriam terminata, quae circulum bifariam secat.



[*Fig. 1*]



[*Fig. 2*]

Si in circulo ducatur recta linea AB, per centrum C, ita vt extrema eius A, & B, terminentur in peripheria, appellabitur ea circuli diameter. Non igitur omnis in circulo recta linea ducta diameter dicetur, sed ea solummodo, quae per centrum vsque ad peripheriam vtrinque extenditur. Vnde plures assignari poterunt in circulo diametri, vnum vero centrum duntaxat. Quod autem Euclides addit, circulum bifariam secari a diametro, perspicuum ex eo esse potest, quod diameter per medium circulum, vtpote per centrum, ducitur. Hinc enim fit, vt propter directum diametri per centrum transitum, vtrinque aequales circumferentiae abscindantur. Quod tamen Thaletem Milesium hac ratione demonstrasse testatur Proclus. Concipiamus animo, portionem ADB, accommodari, & coaptari portioni reliquae AEB, ita vt diameter AB, communis sit vtrique portioni: Si igitur circumferentia ADB, congruat penitus circumferentiae AEB, manifestum est, duas illas portiones a diametro factas, esse inter se aequales, quandoquidem neutra alteram excedit: Si vero circumferentia ADB, non omni ex parte cadere dicatur super circumferentiam AEB, sed vel extra eam, vel intra, vel partim extra, partim intra; tunc ducta recta a centro C, secante circumferentiam ADB, in D, & circumfernetiam AEB, in E, erunt duae recta CD, CE, ductae ex centro ad

11–144,4 Hinc . . . proponebatur: *Am Rand durch senkrechten Strich hervorgehoben.*

circumferentiam eiusdem circuli aequales, per circuli definitionem, cum tamen vna sit pars alterius, quod est absurdum. Non ergo cadet vna circumferentia extra aliam, vel intra, vel partim extra, partim intra, sed ambae inter se aptabuntur, ideoque aequales erunt, quod demonstrandum proponebatur.

Ex hac demonstratione constat, diametrum non solum circumferentiam, verum etiam totam aream circuli secare bifariam. Cum enim semicircumferentiae sibi mutuo congruant, vt ostensum est, congruent etiam superficies ipsae inter diametrum, & vtramque circumferentiam comprehensae, cum neutra alteram excedat. Quare aequales inter se erunt.

XVIII.

Semicirculus vero est figura, quae continetur sub diametro, & sub ea linea, quae de circuli peripheria aufertur.

[*15*]

Exempli gratia, in superiori circulo figura ADB, contenta sub diametro AB, & peripheria ADB, dicitur semicirculus, quia, vt in praecedenti definitione ostendimus, ea est dimidiata pars circuli. Eadem ratione erit figura AEB, semicirculus. Idem autem punctum C diametrum secans bifariam, centrum est in circulo, & in semicirculo.



[*Fig. 3*]

Qvod si recta linea BD, non transeat per centrum E, secabitur circulus ab ea non bifariam, sed in duas portiones inaequales BAD, BCD, quarum ea, in qua centrum circuli existit, cuiusmodi est portio BAD, maior est, quam alia BCD, extra quam centrum E, reperitur. Esse autem portiones BAD, BCD, inaequales, ita probari potest. Concipiatur per centrum E, ducta diameter ad rectam BD, perpendicularis AG. Si igitur dictae portiones dicantur esse aequales, & portio BCD, intelligatur m o u e r i c i r c a r e c t a m B D , v t super portionem BAD, cadat, congruet illa portio huic, & recta FC, rectae FA, congruet, ob angulos rectos ad F, qui omnes inter se aequales sunt ex defin. 10. cum sint sibi mutuo deinceps. Recta ergo FC, quae nunc eadem est, quae FA, maior erit, quam EA, pars ipsius FA. Cum ergo ipsi EA, sit aequalis EC, quod ambae ducantur e centro ad circumferentiam, erit quoque FC, maior quam EC, pars quam totum, quod est aburdum. Non igitur portio BCD, portioni BAD, congruet, se dintra eam cadet, cuiusmodi est portio BGD, vt recta FG, eadem tunc existens, quae FC, minor possit esse quam EA, vel EC. Si namque diceretur cadere extra, vt si circulus esset $BCDG$, cuius centrum E, & portio BCD, caderet extra BGD, qualis est portio BAD, esset rursus FA, eadem tunc existens, qua FC, maior quam EG, hoc est, quam EC, atque ita pars FC, maior rursum foret toto EC. quod absurdum est. Ex quo patet, portionem BAD, in qua centrum E, existit, maiorem esse reliqua portione BCD, cum haec aequalis sit portioni BGD, quae pars est portionis BAD. Cum enim ostensum sit, portionem BCD, circa rectam BD, circumductam non posse congruere portioni BAD, neque cadere extra, cadet omnino intra, qualis est BGD.

...

[*24*]

...

Commvnes notiones sive Axiomata, quae & Pronunciata dici solent, vel Dignitates.

...

[*27*]

...

---

5 f. *Über* quae: EA. *Am Rand:* Non sequitur si aequales sunt ergo ut congruae sunt.

8,25 *Leibniz hat zunächst FA in FG geändert und wieder rückgängig gemacht, über EA ein G ergänzt und wieder gestrichen.*

X.

Dvae lineae rectae non habent vnum & idem segmentum commune.

[*28*]

Non est difficile istud axioma, si perfecte intelligatur natura rectae lineae. Cum enim linea recta directo semper itinere, nullam in partem deflectendo, producatur, fieri nulla ratione potest, vt duae lineae rectae habeant vnam partem, quamuis minimam, communem, praeter unicum punctum, in quo se mutuo intersecant. Quod tamen breviter Proclus ita demonstrat.



[*Fig. 4*]

Habeant, si fieri potest, duae rectae AB, AC, partem communem AD. Ex centro autem D, & interuallo DA, [a] describatur circulus secans duas rectas propositas in punctis B, & C; [b] Erunt igitur duae circumferentiae AB, ABC, inter se aequales, (Sunt enim circumferentiae semicirculorum aequalium, cum ADB, ADC, ponantur esse diametri) pars & totum, quod est absurdum. Non ergo duae rectae habent vnum & idem segmentum commune. Quod est propositum.

. . .

XI.

Dvae rectae in vno puncto concurrentes, si producantur ambae, necessario se mutuo

---

11 *Anmerkung im Druck:* a 5. petit

12 *Anmerkung im Druck:* b 17. def

18–147,1 Dvae . . . intersecabunt: *Am Rand durch senkrechten Strich hervorgehoben.*

in eo puncto intersecabunt.

Hoc etiam axioma ex natura lineae rectae pendet. Quod tamen ita demonstrabimus.



[*Fig. 5*]

Coeant duae rectae AB, CB, in B. Dico illas productas se mutuo secare in B, nempe CB, productam cadere in E, supra rectam AB, productam. Nam si CB, producta non cadit supra AB, productam, vel congruet cum AB, producta, ita vt transeat per D, atque ita duae rectae ABC, CBD, habebunt idem segmentum commune BD, quod in antecedente axiomate ostensum est fieri non posse: vel certe infra AB, productam cadet, ita vt CB, producta cadat in F, sitque vna recta linea CBF. Centro igitur B, describatur ad quoduis interuallum circulus $ACFD$, secans rectas AB, CB, productas in D, F. Quia ergo vtraque recta ABD, CBF, per centrum B, ducitur, erit tam ACD, quam CF, semicirculus, per defin. 18. ac proinde aequales erunt circumferentiae ACD, CF. vt ad defin. 17. demonstrauimus, totum & pars. Quod est absurdum.

. . .

[*29*]

. . .

XII.

Item, omnes anguli recti sunt inter se aequales.

Hoc axioma apertissimum esse cuilibet potest ex 10. definitione, qua angulus rectus

6 vel *LiH* 18 inaequales *H, ändert LiH*

describitur; propterea quod inclinatio linearum angulum rectum constituentium augeri, minuiue nequit, sed prorsus est immutabilis. Efficitur enim rectus angulus a linea perpendiculari, quae quidem alteri lineae rectae ita superstat, vt faciat vtrobique angulos aequales, neque magis in vnam partem, quam in alteram inclinet. Ex quo fit, omnes angulos rectos aequales inter se esse, cum semper sit eadem inclinatio, quamuis lineae sint inaequales interdum. Conatur tamen Proclus ex 10. definitione id demonstrare hac ratione.



[*Fig. 6*]

Sint duo anguli recti ABC, DEF, quos dico esse inter se aequales. Si enim fieri potest, sint inaequales, sitque ABC maior. Si igitur mente concipiamus punctum E, applicari puncto B, & rectam DE, rectae AB, cadet recta EF, inter rectas AB, BC, qualis est BG, propterea quod angulus DEF, minor ponitur angulo ABC. [a] Producatur CB, in rectum & continuum vsque ad H. Cum igitur angulus ABC, sit rectus, [b] erit angulus ABH, illi deinceps aequalis, & rectus quoque: quare maior etiam angulo ABG. [c] Producta autem GB, in rectam & continuum vsque ad I, cadet portio producta BI, infra BC, productam, vt in praecedenti axiomate est demonstratum. Quare cum angulus ABG, ponatur rectus, [d] fiet angulus ABI, illi deinceps aequalis. Quapropter angulus ABH, maior quoque erit angulo ABI, pars toto, quod est absurdum.

---

12 *Anmerkung im Druck:* a 5. petit

13 *Anmerkung im Druck:* b 10. defin.

14 *Anmerkung im Druck (irrtümlich mit b statt mit c markiert):* b 2. pet

17 *Anmerkung im Druck (irrtümlich mit c statt mit d markiert):* c 10. defin.

14 angulo *ABC H, ändert LiH*

Non ergo inaequales sunt duo anguli recti propositi, sed aequales. Quod est propositum: eademque est ratio in caeteris.

. . .

XIII.

Et si in duas recta lineas altera recta incidens, internos ad easdemque partes angulos duobus rectis minores faciat, duae illae rectae lineae in infinitum productae sibi mutuo incident ad eas partes, vbi sunt anguli duobus rectis minores.

[*30*]



[*Fig. 7*]

Vt si in duas lineas rectas AB, CD, incidens alia recta EF, faciat duos angulos internos, & ex eadem parte BEF, DFE, minores duobus rectis, vult Euclides, illas tandem conuenturas esse ad aliquod punctum vnum, versus eam partem, in qua duo anguli minores existunt duobus rectis, vt appositum exemplum commonstrat.

. . .

Verum quia axioma hoc subobscurum videri solet tyronibus, imo a numero principiorum reijcitur a Gemino Geometra, Proclo, & aliis, quod non facile quiuis ei assensum praebeat; praesertim cum reperiantur aliae quaedam lineae, quarum spatium, licet semper magis ac magis coangustetur (quemadmodum & in duabus rectis AB, CD, accidit, vt ad propos. 28. huius lib. demonstrabimus) nunquam tamen in vnum punctum coeunt, etiamsi infinite producantur, vt constat ex elementis conicis Apollonij Pergaei, & ex linea conchili Nicomedis.

. . .

XIV.

Duae rectae lineae spatium non comprehendunt.

Nullam prorsus habet difficultatem hoc principium.



[*Fig. 8*]

Si enim duae rectae lineae ex vna parte coeant ad efficiendum angulum, necessario ex altera parte magis ac magis disiungentur, si producantur, vt in exemplo proposito perspicuum est. Quare vt superficies, spatiumve quodpiam rectilineum ex omni parte concludatur, duabus rectis lineis tertia quaedam adiungenda est. Ita enum conficietur spatium triangulare, seu figurarum rectilinearum prima. P r o c l u s t a m e n d e m o n s t r a t h o c p r i n c i p i u m , h o c m o d o.



[*Fig. 9a*]



[*Fig. 9b*]

Si fieri potest, vt duae lineae rectae claudant superficiem, comprehendant duae rectae ABC, ADC, superficiem $ABCD$, ita vt duae illae rectae coeant in duobus punctis, A, & C. Facto deinde centro C, [a] describatur circulus interuallo CA, [b] & [*31*] producantur rectae ABC, ADC, in rectum, & continuum vsque ad circumferentiam, nempe ad puncta. E, & F. Itaque quia rectae ACE, ACF, transeunt per centrum C, [a] erunt

14 *Anmerkung im Druck:* a 3. petit

14 *Anmerkung im Druck:* b 2. petit

16 *Anmerkung im Druck:* a 17. def

semicirculi AE, AEF, inter se aequales, & idcirco circumferentia quoque AE, circumferentiae AEF, aequalis erit, pars toti, quod fieri non potest. Non ergo rectae duae lineae spatium comprehendunt. Quod est propositum.

...

[*36*]

Problema I.

Propositio I.

Svper data recta linea terminata triangulum aequilaterum constituere.

...



[*Fig. 10*]

Sit igitur proposita recta linea terminata AB, super quam constituere iubemur triangulum aequilaterum. Centro A, & interuallo rectae AB, [a] describatur circulus CBD: Item centro B, & interuallo eiusdem rectae BA, alius circulus describatur CAD, s e c a n s p r i o r e m in punctis C, & D. Ex quorum vtrouis, nempe ex C, [b] ducantur duae rectae lineae CA, CB, ad puncta A, & B; Eritque super rectam AB, constitutum triangulum ABC, hoc est, figura rectiliea contenta tribus rectis lineis. Dico, hoc triangulum ita constructum necessario esse aequilaterum.

...

12 *Anmerkung im Druck:* a 3. pet.

13 f. *Zu* s e c a n s p r i o r e m in punctis C, & D, *am Rand ergänzt:* quod fiet si ambo circuli sint in eodem plano

14 *Anmerkung im Druck:* b 1. pet.

Scholivm.

. . .

[*37*]

. . .

Si quis super data recta desideret constituere triangulum quoque Isosceles, & scalenum, id cum Proclo in hunc modum efficiet.



[*Fig. 11*]

Sit recta linea AB, circa quam ex centris A, & B, describantur duo circuli, vti prius. [d] Deinde producatur AB, in vtramque partem ad circumferentias vsque ad puncta C, & D. Atque centro A, interuallo vero AD, [e] describatur circulus EDF. Item centro B, interuallo vero BC, circulus ECF, secans priorem in punctis E, & F. Ex quorum vtrolibet, nempe ex E, [f] ducantur ad puncta A, & B, duae rectae EA, EB. Factumque erit super recta AB, [g] triangulum ABE; quod dico esse Isosceles, nimirum duo latera

---

5 f. Constructiones hae fiunt nondum adhibito problemate 2. Non tamen sic describi potest quodvis isosceles vel quodvis scalenum.

9 *Anmerkung im Druck:* d 2. pet.

10 *Anmerkung im Druck:* e 3. pet.

12 *Anmerkung im Druck:* f 1. pet.

13 *Anmerkung im Druck:* g 20. def

AE, BE, esse & aequalia inter se, & maiora latere AB. Cum enim rectae AE, AD, ducantur e centro A, ad circumferentiam EDF, [h] erit AE, [38] aequalis rectae AD. Item cum rectae BE, BC, ducantur e centro B, ad circumferentiam ECF, [a] erit BE, aequalis rectae BC. Sunt autem rectae AD, BC, aequales inter se (vtraque enim AC, & BD, aequalis est rectae AB; cum AB, AC, ex eodem centro A, ad circumferentiam ducantur; Item BA, BD, ex eodem centro B, ad circumferentiam quoque egrediantur. [b] Quare AC, BD, aequales inter se erunt. Additio igitur communi recta AB, [c] erit tota AD, toti BC, aequalis.) [d] Igitur AE, BE aequales quoque inter se erunt. Quod vero vtraque AE, BE, maior sit quam AB, perspicuum est, cum AD, aequalis ostensa ipsi AE, [e] maior sit quam AB; Item BC, aequalis demonstrata ipsi BE, [f] maior quoque sit, quam AB. Constitutum igitur est super recta AB, Isosceles ABE, habens duo latera AB, BE, aequalia inter se, & maiora latere AB, quod faciendum erat. Atque haec est demonstratio Procli, aliorumque interpretum Euclidis.

. . .

[*39*]

. . .

Probl. 2. Propos. 2.

Ad datum punctum, datae rectae lineae aequalem rectam lineam ponere.

---

2 *Anmerkung im Druck:* h 15. def

3 *Anmerkung im Druck:* a 15. def

6 *Anmerkung im Druck:* b 1. pron

7 *Anmerkung im Druck:* c 2. pron

8 *Anmerkung im Druck:* d 1. pron

9 *Anmerkung im Druck:* e 9. pron

10 *Anmerkung im Druck:* f 9. pron



[*Fig. 12a*]



[*Fig. 12b*]

Sit punctum datum A, & data recta linea BC, cui aliam rectam ponere oportet ad punctum A. Facto alterutro extremo lineae BC, nempe C, centro [a] describatur circulus BE, interuallo rectae BC. Et ex A ad centrum [*40*] C, [a] recta ducatur AC; (nisi punctum A, intra rectam BC, fuerit: Tunc enim pro linea ducta sumetur AC, vt secunda figura indicat.) Super recta vero AC, [b] constru[a]tur triangulum aequilaterum ACD, sursum, aut deorsum versus, vt libuerit; cuius duo latera modo constituta DA, DC, versus rectam AC, [c] extendantur; DC, quidem oppositum puncto dato A, vsque ad circumferentiam in E; DA, vero oppositum centro C, quantumlibet in F. Deinde centro D, interuallo vero rectae DE, per C, centrum transeuntis, [d] alter circulus describatur EG, secans rectam DF, in G. Dico rectam AG, quae posita est ad punctum datum A, aequalem esse datae rectae BC. Quoniam DE, DG, ductae sunt ex centro D, ad circumferentiam EG, [e] ipsae

---

3 *Anmerkung im Druck:* a 3. petit

4 Quaeritur $AG = BC$. $CD = CA$ $AD = AC$ $DC + CB = DCE = DC + AG$ $CB = AG$

4 *Anmerkung im Druck:* a 1. petit

6 *Anmerkung im Druck:* b 1. primi

8 *Anmerkung im Druck:* c 2. pet.

10 *Anmerkung im Druck:* d 3. pet.

12 *Anmerkung im Druck:* e 15. def.

inter se aequales erunt: Ablatis igitur DA, DC, aequalibus lateribus trianguli aequilateri ACD, [f] remanebit AG, aequalis rectae CE. Sed eidem CE, [g] aequalis est recta BC. (cum ambae rectae CB, CE, cadant ex centro C, ad circumferentiam BE.) Igitur rectae AG, BC, quandoquidem vtraque aequalis est ostensa rectae CE, inter se [h] aequales erunt. Ad datum igitur punctum. &c. quod erat faciendum.

Qvod si punctum datum fuerit in extremo datae lineae, quale est C, facile absoluetur problema. Si enim centro C, & interuallo CB, [i] describatur circulus, ad cuius circumferentiam recta [k] ducatur vtcunque CE, erit haec posita ad punctum datum C, [l] aequalis datae rectae BC, cum vtraque & BC, & CE, ex eodem centro egrediantur ad circumferentiam BE.

Scholivm.

Hvivs problematis varij esse possunt casus, vt ait Proclus. Aut enim datum punctum in ipsa data recta est positum, aut extra ipsam: Si in ipsa, erit vel alterum extremorum eius, vel inter vtrumque iacebit extremum. Si vero extra ipsam, erit vel e directo datae lineae, ita vt producta in rectum, & continuum per ipsum punctum transeat, vel non e directo, ita vt ab ipso ad datae lineae extremorum quoduis recta linea ducta cum data recta angulum efficiat; quo modo vel supra datam lineam erit constitutum, vel infra, vt manifestum est. In omnibus autem istis casibus semper eadem est constructio, & demonstratio. Quod si in constructione fiat triangulum ACD, super recta AC, Isosceles, eodem modo ostendemeus, rectam AG, rectae BC, aequalem esse.

[*41*]

...

---

2 *Anmerkung im Druck:* f 3. pron.

2 *Anmerkung im Druck:* g 15. def.

4 *Anmerkung im Druck:* h 1. pron

7 *Anmerkung im Druck:* i 3. petit

8 *Anmerkung im Druck:* k 1. pet.

8 *Anmerkung im Druck:* l 15. def.

19 f. Male, nam triangulum autem isosceles debet esse constructum ad modum Scholii prop. 1. non adhibito probl. 2.

Theorema 1. Propos. 4.

Si duo triangula duo latera duobus lateribus aequalia habeant, vtrumque vtrique; habeant vero & angulum angulo aequalem sub aequalibus rectis lineis contentum: Et basim basi aequalem habebunt: eritque triangulum triangulo aequale; ac reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, vterque vtrique, sub quibus aequalia latera subtendentur.

...

[*43*]

...

Theor. 2. Propos. 5.

Isoscelivm triangulorum, qui ad basim sunt, anguli inter se sunt aequales: Et productis aequalibus rectis lineis, qui sub basi sunt, anguli inter se aequales erunt.



[*Fig. 13*]

Sit triangulum Isosceles ABC, in quo latera AB, AC, inter se sint aequalia. Dico angulos ABC, ACB, supra basim BC, aequales inter se esse: Item si latera aequalia AB, AC, producantur quantum libuerit, vsque ad puncta D, & E, angulos quoque DBC, ECB, infra basim eandem BC, esse aequales.

...

2–5 Quae aequalibus eodem modo determinantur aequalia sunt.

13–16 Cum enim in constructione figurae B et C se habeant eodem modo, etiam quae inde resultant quoad B et quoad C se eodem modo habebunt.

[*44*]

. . .

Scholivm.

. . .

[*45*]

. . .

Veritas porro huius theorematis, quoad vtramque partem, facile quoque demonstrari potest per superpositionem, vt demonstrata fuit propositio 4.



[*Fig. 14*]

Sint enim rursum in triangulo ABC, duo latera aequalia AB, AC, quae producantur quantumlibet vsque ad D, & E. Dico tam angulos ABC, ACB, supra basim BC, inter se aequales esse, quam angulos DBC, ECB, infra eandem basim. Si enim concipiamus mente triangulum ABC, triangulo ACB, (ita vt idem triangulum sit instar duorum) superponi, ita vt rectae AB, rectae AC, superponatur, cadet punctum B, in C, ob aequalitatem laterum AB, AC. Quo posito, cadet recta AC, super rectam AB, ob aequalitatem, siue identitatem anguli A; atque punctum C, in punctum B, incidet, propter aequalitatem laterum AC, AB. Quapropter angulus ABC, angulo ACB, & angulus DBC, angulo ECB, [a] congruet, ac proinde tam illi, quam hi, inter se aequales erunt.

. . .

[*60*]

---

8 recte

18 *Anmerkung im Druck:* a 8. pronun.

...

Theor. 6. Propos. 13.

Cvm recta linea super rectam consistens lineam angulos facit, aut duos rectos, aut duobus rectis aequales efficiet.



[*Fig. 15*]

Recta linea AB, consistens super rectam CD, faciat duos angulos ABC, ABD. Si igitur AB, fuerit perpendicularis ad CD, [b] erunt dicti anguli duo recti. Si vero AB, non fuerit perpendicularis, faciet vnum quidem angulum obtusum, alterum vero acutum. Dico igitur ipsos duobus esse rectis aequales. [c] Educatur enim BE, ex B, perpendicularis ad CD, vt sint duo anguli EBC, EBD, recti. Quoniam vero angulus rectus EBD, [d] aequalis est duobus angulis DBA, ABE; [e] erunt, apposito communi angulo recto EBC, duo recti EBD, EBC, tribus angulis DBA, ABE, EBC, aequales. Rursus quia [f] angulus ABC, duobus angulis ABE, EBC, aequalis est; [g] erunt apposito communi angulo ABD, duo anguli ABC, ABD, tribus angulis DBA, ABE, EBC, aequales. Sed eisdem his tribus ostendimus, aequales etiam esse duos rectos EBD, EBC; quae autem eidem aequalia, [h] inter se sunt aequalia. Duo igitur anguli ABC, ABD, aequales sunt duobus rectis

---

5 $CBA + ABD = CBE + EBA + ABD = CBE + EBD$

7 *Anmerkung im Druck:* b 10. def

9 *Anmerkung im Druck:* c 11. pri.

10 *Anmerkung im Druck:* d 19. pro

11 *Anmerkung im Druck:* e 2. pron

12 *Anmerkung im Druck:* f 19. pro

13 *Anmerkung im Druck:* g 2. pro.

16 *Anmerkung im Druck:* h 1. pron

EBD, *EBC*. Cum ergo recta linea super rectam consistens lineam, &c. Quod ostendere oportebat.

...

[*62*]

...

Theor. 8. Propos. 15.

Si duae rectae lineae se mutuo secuerint, angulos ad verticem aequales inter se efficient.



[*Fig. 16*]

Secent se duae rectae AB, CD, in puncto E, vtcunque. Dico angulos, quos faciunt ad verticem E, inter se esse aequales, angulum videlicet AED, angulo BEC, & angulum AEC, angulo BED. Quoniam recta DE, consistit super rectam AB, [a] erunt duo anguli AED, DEB, aequales duobus rectis. Rursus quia recta BE, super rectam CD, consistit, erunt eadem ratione duo anguli CEB, BED, duobus rectis aequales. Cum igitur [b] omnes recti anguli inter se sint aequales; erunt duo anguli AED, DEB, duobus angulis DEB, BEC, aequales. Dempto igitur communi angulo DEB, [c] remanebit angulus AED, angulo BEC aequalis. Eadem ratione confirmabatur, angulos AEC, BED, inter se aequales esse.

10–12 $AED + DEB = DEB + BEC$ per 13 primi. Ergo $AED = BEC$.

12 *Anmerkung im Druck:* a 13. pri.

14 *Anmerkung im Druck:* b 12. pro

16 *Anmerkung im Druck:* c 3. pro.

Nam duo anguli *AEC*, *CEB*, [d] qui duobus sunt rectis aequales, aequales erunt duobus quoque angulis *DEB*, *BEC*, qui duobus rectis sunt aequales. Ablato igitur angulo communi *BEC*, [e] remanebunt anguli *AEC*, *BED*, aequales inter se. Si igitur duae rectae lineae se mutuo secuerint, &c. Quod ostendere oportebat.

...

[*63*]

...

Theor. 9. Propos. 16.

Cvivscvnqve trianguli vno latere producto, externus angulus vtrolibet interno, & opposito, maior est.

[*64*]

...

Scholivm.

...

[*65*]

...

Ex Proclo.

Seqvitvr ex hac propositione, ab eodem puncto ad vnam eandemque lineam rectam non posse duci plures lineas rectas, quam duas inter se aequales.

---

1 *Anmerkung im Druck:* d 13. pri.

3 *Anmerkung im Druck:* e 3. pron

18 f. His sequitur circulum et rectam non posse sibi occurrere in plus quam duobus punctis.



[*Fig. 17*]

Si enim fieri potest, ducantur ex A, ad lineam BC, tres lineae rectae aequales AB, AC, AD. Quoniam igitur latera AB, AC, sunt aequalia, [c] erunt anguli ACB, & ABC, aequales super basin BC. Rursus quia latera AB, AD, sunt aequalia, [d] erunt anguli ADB, & ABD, super basin BD, aequales. Quare cum vterque angulus ACD, & ADB, aequalis sit angulo ABC, [e] erit angulus ADB, aequalis angulo ACD, externus interno opposito, quod est absurdum, cum per hanc 16. propos. externus interno maior sit. Non ergo plures lineae rectae, quam duae, inter se aequales, ex A, ad BC, possunt duci. Quod est propositum.

...

[*84*]

...

Theor. 19. Propos. 28.

Si in duas rectas lineas recta incidens linea externum angulum interno, & opposito, & ad easdem partes, aequalem fecerit; Aut internos, & ad easdem partes duobus rectis aequales: Parallelae erunt inter se ipsae rectae lineae.

...

3 *Anmerkung im Druck:* c 5. pri.

4 *Anmerkung im Druck:* d 5. pri.

6 *Anmerkung im Druck:* e 1. pron

[*85*]

...

Scholivm.

Iamdvdvm pronunciatum tertium decimum a Principiorum numero reiecimus. Cum igitur sequens propos. 29. Cum multis aliis illi ita innitatur, vt sine eius auxilio demonstrari nequeat, operae pretium erit illud hoc loco, ex hactenus demonstratis theorematibus, atque problematibus, quae ex eo nulla ratione dependent, Geometrica demonstratione confirmare, vt in expositione dicti Axiomatis polliciti sumus. Primo autem loco demonstrationem Procli afferemus. Deind eidem nos pronunciatum magis accurate, atque euidentius demonstrabimus. Proclus igitur, antequam illud demonstret, duo praemittit. Primum est.

Si ab vno puncto duae rectae lineae angulum facientes infinites producantur, ipsarum distantia omnem finitam magnitudinem excedet.



[*Fig. 18*]

Exeant a puncto A, duae rectae AB, AC, facientes angulum A. Quoniam igitur puncta D, & E, plus inter se distant, quam F, & G. Item puncta B, & C, plus quam D, & E, & ita deinceps, si producantur vltra rectae lineae AB, AC, perspicuum est, extrema earum puncta infinito spatio inter se distare, si infinite ipsae producantur. Si enim non infinito spatio distarent, augeri posses eorum distantia; igitur & lineae ipsae vltra produci, quod est absurdum, cum ponantur infinite iam esse productae. Quare si dictae lineae AB, AC, producantur infinite, ipsarum distantia excedet omnem finitam distantiam. Hoc pronunciato vsus est & Aristoteles lib. 1. de coelo, vbi demonstrauit, mundum non esse infinitum. Qvod autem rectae AB, AC, quo longius protrahantur, eo magis inter se distent, (H o c e n i m P r o c l u s s i n e d e m o n s t r a t i o n e a s s u m p s i t , cum dixit puncta D, & E, in proxima figura plus inter se distare, [*86*] quam F, & G. Item B, & C, plus quam D, & E, &c.) hac ratione demonstrabimus.



[*Fig. 19*]

Demittantur ex punctis C, D, vtcunque in recta AC, acceptis, ad AB, perpendiculares CB, DE, quae distantias punctorum C, D, a recta AB, metientur, cum sint minima omnium rectarum ex C, D, ad AB, ductarum, vt in coroll. propos. 19. ostendimus. Dico CB, maiorem esse, quam DE; ac proinde plus distare rectam AC, a recta AB, in puncto C, remotiore, quam in puncto propinquiore D. Si enim CB, non est maior, quam DE, erit vel aequalis, vel minor: Sit primum aequalis & rectae AE, abscindatur aequalis BF, ita vt punctum F, cadat vel inter A, & E, vel in E, vel denique inter E, & B, ducaturque recta FC. Quoniam igitur duo latera AE, BD, trianguli AED, duobus lateribus FB, BC, trianguli FBC, aequalia sunt, vtrumque vtrique, angulosque continent aequales, vtpote rectos: [a] erunt & bases AD, FG, & anguli DAE, CFB, inter se aequales. Igitur externus angulus GFB, interno DAE, aequalis erit; [b] quod est absurdum. Vel cum externus angulus CFB, interno DAE, aequalis sit, [c] parallelae erunt AC, FC, quod etiam absurdum est, cum in C, concurrant.

Sit deinde CB, minor quam DE, si fieri potest, & producta BC, fiat BG, ipsi DE, aequalis, iungaturque recta FG. Quia igitur duo latera AE, ED, trianguli AED, duobus lateribus FB, BG, aequalia sunt, vtrumque vtrique, angulosque continent aequales, puta

12 *Anmerkung im Druck:* a 4. pri.

13 *Anmerkung im Druck:* b 16. pri.

14 *Anmerkung im Druck:* c 27 primi.

rectos; [d] erunt & bases AD, FG, & anguli EAD, BFG, inter se aequales. Igitur externus angulus BFG, interno EAD, aequalis erit, quod est absurdum. Vel cum externus angulus BFG, interno EAD, aequalis sit, [e] erunt AC, FG, inter se parallelae, quod absurdum est, cum se mutuo secent in H. Quocirca BC, ipsa ED, maior erit, cum neque aequalis, neque minor esse possit, vt demonstratum est.

Secvndvm, quod Proclus praemittit, huiusmodi est.

Si duarum parallelarum rectarum linearum alteram secet quaedam recta linea, reliquam quoque productam secabit.



[*Fig. 20*]

Sint duae parallelae AB, CD, & recta EF, secet ipsam AB, in G. Dico rectam EF, si producatur, secturam esse quoque ipsam CD. Quoniam duae rectae GB, GF, in puncto G, angulum faciunt, si producantur infinite, excedent omnem finitam distantiam; igitur & distantiam, qua parallela AB, a parallela CD, distat, cum hac distantia sit finita, alias enim non essent lineae parallelae. Quare quando distantia GB, a GF, maior iam fuerit ea, qua inter parallelas est, necesse est rectam GF, produ-[*87*]ctam secuisse rectam CD. Nam quamdiu GF, continebitur inter duas parallelas, minori distantia a GB, remouebitur, quam CD, ab eadem GB, vt constat. His igitur ita expositis, facile demonstrabitur hoc theorema, quod est apud Euclidem, tertium decimum pronunciatum.

Si in duas rectas lineas altera recta incidens internos, ad easdemque partes, angulos duob. rectis minores faciat; Duae illae rectae lineae infinite productae sibi mutuo incident ad eas partes, vbi sunt anguli duob. rectis minores.

---

1 *Anmerkung im Druck:* d 4. pri.

3 *Anmerkung im Druck:* e 27. primi.



[*Fig. 21*]

In rectas AB, CD, incidens recta EF, faciat internos angulos ad partes B, & D, vt BGH, DHG, duobus rectis minores. Dico rectas AB, CD, coire ad easdem partes B, & D. Quoniam enim duo anguli BGH, DHG, minores ponuntur esse duobus rectis: Sunt autem duo anguli DHG, DHF, [a] duobus rectis aequales: Erunt duo anguli DHG, DHF, maiores duobus angulis DHG, BGH. Ablato ergo communi angulo DHG, remanebit angulus DHF, [b] maior angulo BGH. Si igitur ad rectam FG, & ad punctum, G, [c] constituatur angulus KGH, aequalis angulo DHF, cadet GK supra GB, [d] secabitque producta rectam AB. Quoniam igitur in duas rectas IK, CD, recta incidens EF, facit angulum externum DHF, aequalem interno, & opposito KGH. [e] Erunt rectae IK, CD, parallelae. Secat autem recta AB, ipsam IK, in G. Producta igitur secabit quoque ipsam CD, vt demonstratum est. Quare AB, cum CD, conueniet ad partes B, & D, nimirum in puncto L. quod est propositum.

Hac ergo ratione conatur Proclus Axioma tertiumdecimum demonstrare. Sed quoniam principium, quod primo loco praemisit, aeque dubium, & obscurum esse videtur, atque illud Axioma, afferemus nos demonstrationem magis accuratam, si prius doceamus, in quo difficultas, siue obscuritas principij illius a Proclo assumpti consistat. Quemadmodum igitur ex Procli, & aliorum Geometrarum sententia, sine demonstratione concedendum non est, duas rectas, quae semper sibi mutuo fiunt propinquiores tandem aliquando concurrere, licet sit verissimum, cuiusmodi sunt duae rectae, in quas recta indidens facit internos duos angulos ex eadem parte duobus rectis minores, quorum vnus rectus

5 *Anmerkung im Druck:* a 13. pri.

7 *Anmerkung im Druck:* b 5. pronun.

7 *Anmerkung im Druck:* c 23. primi.

8 *Anmerkung im Druck:* d 11. pronun.

10 *Anmerkung im Druck:* e 28. primi.

sit, & alter acutus: Hae enim sibi mutuo appropinquant ad eas partes, vbi duo illi anguli duobus rectis minores existunt, vt mox demonstrabimus. Quemadmodum, inquam, concedendum hoc sine probatione non est, propterea quod dari possunt in eodem plano duae lineae, vna recta, & altera inflexa, nimirum vel Hyperbole, vel linea conchoeidos, sibi semper muto magis ac magis appropinquantes, quae tamen nunquam coeant, licet in infinitum ambae producantur. quorum illud ab Apollonio Pergaeo, hoc vero a Nicomede demonstratum est: Ita quoque non videtur sine demonstratione ad-[*88*]mittendum esse, (quamquam verissimum sit) duas rectas lineas angulum efficientes omnem finitam magnitudinem excedere, si in infinitum producantur ambae, licet semper magis ac magis inter se distent, vt nos supra demonstrauimus. Nam exhiberi possunt duae lineae in eodem plano angulum comprehendentes, recta vna, & altera inflexa, quae conchoeideos appellatur a Nicomede, semper magis inter se distantes, quarum tamen distantia datam quamcunque rectam lineam nunquam superet, aut exaequet, licet ambae extendantur in infinitum.



[*Fig. 22*]

Data namque sit recta AB. Dico describi posse lineam rectam, & inflexam, quarum vna ab altera semper magis recedat, distantiam tamen earum nunquam aequalem esse rectae AB, aut maiorem, quantumuis producantur ambae. Producta enim recta AB, quantumlibet vsque ad C, ducatur per B, ad AC, perpendicularis BD; & polo C, interuallo autem AB, describatur linea conchoideos AE, inflexa quam tamen cum ea conueniat, vt a Nicomede traditur. Deinde per A, excitetur recta AI, ad AC, perpendicularis, [a] quae ipsi BD, parallela erit. Postremo ex duobus punctis HI, vtcunque in

---

10–14 NB.

22 *Anmerkung im Druck:* a 28. primi.

recta AI, acceptis demittantur ad BD, perpendiculares HG, ID, [b] qua parallelae, [c] atque adeo aequales inter se erunt, angulosque [d] constituent ad H, I, rectos. Admittantur enim nunc, vt propositum ostendamus, omnes demonstrationes Euclidis, ac si ex axiomate 13. non penderent, aut etiam si pendeant ex eo, concedantur tamen, perinde ac si axioma illud iam sit demonstratum ante propos. 29. huius lib. vbi primum vsus illius apparere incipit, vti vere a nobis mox ante propos. 29. demonstrabitur. Itaque quoniam FG, maior est, quam ED, vt Nicomedes demonstrauit, erit FH, reliqua minor, quam reliqua EI. Magis ergo inter se distant lineae AI, AE, in punctis I, E, quam in punctis H, F; atque ita semper eas probabimus magis ac magis distare, si longius protendantur. Distantia nihilominus semper minor erit, quam recta AB, hoc est, quam perpendicularis ex recta AI, ad rectam BD, demissa, cum inflexa linea AE, ad rectam BD, numquam perueniat, vt demonstratum est a Nicomede.

Scio principium illud Procli in lineis rectis esse verissimum, & quod facili negotio, si omnes demonstrationes Euclidis, quae ex axiomate 13. pendent, concedantur, demonstrari possit hoc modo.



[*Fig. 23*]

Contineant duae rectae AB, AC, angulum A, & data sit recta D, cuiusuis magnitudinis. Dico distantiam rectarum AB, AC, in infinitum productarum excedere magnitudinem D. Nam ex [*89*] quouis puncto E, in recta AB, sumpto demittatur ad AC, perpendicularis EF, quae si maior fuerit, quam D, constat propositum: si vero non est maior, sumatur eius multiplex proxime maior, quam D, nempe G. Sumpta autem AB, ipsius AE, ita multiplici, vt multiplex est G, ipsius EF, demittatur ex B, ad AC, perpen-

---

1 *Anmerkung im Druck:* b 28. primi.

1 *Anmerkung im Druck:* c 34 primi.

2 *Anmerkung im Druck:* d 29. primi.

dicularis BC, quam dico maiorem esse data recta D. Quoniam enim [a] est, vt AB, ad BC, ita AE, ad EF. (quod ex coroll. propos. 4. lib. 6. Euclid. triangula ABC, AEF, similia sint, ob rectas BC, EF, quae [b] parallelae sunt.) Et permutando, vt AB, ad AE, ita BC, ad EF: erit ita multiplex BC, ipsius EF, vt multiplex est AB, ipsius AE, hoc est, vt multiplex est G, ipsius EF. Cum ergo BC, & G, aeque multiplices sint ipsius EF, ipsae erunt inter se aequales. Est autem ex constructione, maior G, quam D. Igitur & BC, distantia puncti B, a puncto C, maior erit, quam recta D, data. Quod est propositum.

Verum demonstratio haec sine proprietatibus linearum parallelarum, quae axiomate illo 13. nituntur, vim nullam habet, ac proinde principium illud Procli assumi non potest ad illud axioma 13. demonstrandum, ne principium in eo demonstrando petatur. Quae cum ita sint, sedulo dedimus operam, vt illud ipsum Euclidis axioma demonstraremus ex iis solum, quae ante propos. 29. primi libri demonstrata sunt. Ante enim propos. 29. vsus illius axiomatis apud Euclidem nullus est. Id quod in Euclide quodam Arabico factum etiam esse accepi, sed nunquam facta mihi est copia demonstrationem illam legendi, et si obnixe illud iterum atque iterum ab eo, qui eum Euclidem Arabicum possidet, flagitaui. Quare hanc, quae sequitur, excogitauimus. Primum autem praemittenda quoque sunt nonnulla, quae licet ad id, quod proponimus, demonstrandum requirantur necessario, multo tamen euidentiora sunt ac faciliora axiomate illo Euclidis, ita vt omni dubitatione exclusa, firmum eis assensum praebere possimus. Primum sit huiusmodi.

I.

Linea, cuius omnia puncta a recta linea, quae in eodem cum ea plano existit, aequaliter distant, recta est.

---

1 *Anmerkung im Druck:* a 4. sexti.

3 *Anmerkung im Druck:* b 28. pri



[*Fig. 24*]

Vt si omnia puncta lineae AB, a recta DC, aequaliter distent, hoc est, omnes perpendiculares, quales sunt AD, EH, FG, BC, ad DC, demissae aequales sint (perpendicularis enim quaelibet, cum sit omnium ex eodem puncto ad rectam DC, ductarum minima, ex corol. propos. 19. huius lib. distantiam puncti, a quo ducta est, metitur.) erit AB, linea recta. Hoc autem ex defin. lineae rectae liquido constare potest. Nam si omnia puncta lineae AB, aequaliter distant a recta DC, ex aequo sua interiacebit puncta, hoc est, nullum in ea punctum intermedium ab extre-[*90*]mis s u r s u m , a u t d e o r s u m , vel huc atque illuc deflectendo subsultabit, nihilque in ea flexuosum reperietur, sed aequabiliter semper inter sua puncta extendetur, quemadmodum recta DC. Alioquin non omnia eius puncta aequalem a recta DC, distantiam haberent, quod est contra hypothesin. Neque vero cogitatione apprehendi potest, aliam lineam praeter rectam posse habere omnia sua puncta a recta linea, quae in eodem cum illa plano existat, aequaliter distantia. Est sane principium hoc, ex quo solo concesso, vna cum ijs, quae vsque ad propos. 29. huius lib. ostensa sunt, axioma 13. demonstrabimus, adeo clarum, vt lumine naturali cognitum sit, nemoque sanae mentis illud negare possit. Aut certe citra omnem controuersiam est eiusmodi, vt longe facilius et quilibet assentiatur, quam illi axiomati 13. Euclidis.

Idem prorsus in linea circulari contingit. Nam etiam linea inflexa circularem lineam ambiens, cuius omnia puncta aequaliter a circulari distant, id est, a qua omnes rectae in circularem lineam ad aequales angulos incidentes aequales sunt, circularis quoque est; ita

---

8 Illud sursum aut deorsum supponit jam rectam.

18–170,3 Non semper lineae aequidistantes ejusdem sunt natura; aequidistans parabolae parabola non est.

32,**22** f. aequidistans parabolae: Vgl. VII, 7 N. 3, 53 u. 54.

vt naturam circularis lineae, a qua aequali semper distantia abest, induat: quemadmodum linea aequaliter semper a recta linea distans, naturam lineae rectae, cui semper aequidistat, induit, proptereaque recta est, vt diximus. Quod autem inflexa illa linea circa lineam circularem sit quoque perfecte circularis, facile ostendemus, si prius demonstremus, rectam ex centro circuli ductam efficere cum circumferentia angulos binos aequales; & contra, rectam, quae aequales cum circumferentia angulos constituat, per centrum transire.



[*Fig. 25*]

Sit igitur circulus $ABCDEF$, cuius centrum G. Dico rectam GC, ex centro ductam efficere tam angulos internos GCB, GCD, quam externos ICB, ICD, inter se aequales. Producta enim IG, vsque ad A, si semicirculus ABC, circa diametrum AC, intelligatur circumuerti, congruet is semicirculo AEC, cum semicirculi eiusdem circuli sint inter se aequales. Quod si quis dicat, vnum semicirculum alterum intersecare, ducenda erit recta linea ex centro G, secans vtramque circumferentiam, colligendumque partem toti esse aequalem, nimirum semidiametrum vsque ad interiorem circumferentiam, semidiametro ad exteriorem vsque circumferentiam ductae, quod absurdum est. Anguli igitur ad C, tam interni, quam externi inter se congruent, ac proinde aequales erunt. Efficiat iam recta HAK, aequales angulos ad A. Dico eam per centrum transire. Si enim non transeat, ducatur ex centro G, ad A, recta GA, quae ex proxime demonstratis angulos GAB, GAF, constituet aequales. Non ergo aequales sunt KAB, KAF. Quod est contra hypothesin.

Hoc ostenso, ambiat inflexa linea *HLIMNO*, circularem li-[*91*]neam *ABCDEF*, omniaque eius puncta ab hac aequaliter absint, id est, omnes rectae ab ea linea in circularem lineam cadentes, efficientutesque angulos aequales, sint inter se aequales, cuiusmodi sunt HA, LB, IC, MD, NE, OF. Hae enim cum, vt demonstratum est, per centrum transeunt, erunt omnium ex punctis H, L, I, M, N, O, in conuexam peripheriam cadentium, minimae; (Hoc enim demonstratum est ab Eucl. propos. 8 lib. 3. quae solum ex propositionibus, quae 29. huius lib. antecedunt, pendet, vt iure optimo huc transferri possit) atque adeo eorum distantias a subiecta linea circulari metientur. Dico linea *HLIMNO*, esse circularem. Cum enim omnes illae, vt proxime ostendimus, per centrum G, transeant; si aequalibus HA, OF, addantur aequales AG, FG, erunt totae HG, OG, aequales; eademque ratione omnes aliae ex linea inflexa *HLIMNO*, ad G, ductae aequales erunt & rectis HG, OG, & inter se. Ex defin. circuli igitur linea inflexa circularis est. Quod erat demonstrandum. Ex hoc primo, quod praemisimus, sequitur secundum: videlicet.

II.

Si recta linea super aliam rectam in transuersum moueatur, constituens in suo extremo cum ea angulos semper rectos, describet alterum illius extremum lineam quoque rectam.

. . .

15 in eodem plano

VERZEICHNIS DER BILDQUELLEN

Die verwendeten Faksimiles von Ausschnitten aus Handschriften sind den *Digitalen Sammlungen* der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek – Niedersächsische Landesbibliothek (GWLB) entnommen. Die Handschriften wurden von der GWLB digitalisiert. Die Digitalisate stehen als gemeinfreie Materialien (Creative Commons Public Domain Mark 1.0) unter den in der Liste angegebenen persistenten URLs zur Verfügung. In den jeweils angegebenen Stücken werden Ausschnitte aus Blättern der folgenden Handschriften benutzt:

LH 35 I 11 http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?id=00067970

- N. 7 (40835) Bl. 18 r°, 19 r°
- N. 8 (40836) Bl. 21 v°

LH 35 I 14 http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?id=00067976

- N. 14 (40944) Bl. 73 r°, 74 v°

LH 35 I 15 http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?id=00067999

- N. 16 (40982) Bl. 3 r°

LH 35 I 19 http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?id=00067981

- N. 17 (41009) Bl. 1 r°, 1 v°, 2 v°
- N. 18 (41010) Bl. 3 r°, 3 v°, 4 r°, 4 v°, 5 v°, 6 r°
- N. 19 (41011) Bl. 7 r°, 7 v°, 8 r°, 8 v°

LH 35 XII 1 http://digitale-sammlungen.gwlb.de/resolve?id=00068194

- N. 2 (39455) Bl. 228 r°, 228 v°, 229 r°, 229 v°